a subditis vilipendatur, omni gloria sui ministerium magnificat. Deinde
ne tyrannus et violentus existimetur, omni benivolentia sibi conciliat
affectum subditorum: ut sic timore pariter et amore mixto
suavissimos efficiat evangelii et gratiae dei. Quare [?]
Apostoli, qualibet praelatus in terra ~~sic erga subditos debet agere~~ primo
~~debet~~ circa ~~singula~~ [illegible] et mundo: diligenti oculo debet discer-
nere ministerium et officium suum, i. inter formam dei et formam servi.
Et officium ipsum quod sibi iniunxit constituens omnibus. officium ut timo-
ris et amoris sui efficere. Ut per illud non nisi bonum et
utile subditorum quaerere studeat. Ita sane ut si constat quod omne
officium per salutis ~~utilitati~~ subditorum sit: potius cessare debet ab officio
ubi ~~utilitati~~ et bonum subditorum non fieri. vel per ipsum impediri
probaverit. Et certe totum officium praelati est: ut per horum
duorum alterum vel utrumque: [illegible] fructum ministerii sui
[illegible] videt secundum [illegible] rationem

Dicit itaque servus Iesu Christi. In quo sibi est verbo: ma-
iestas et humilitas. ¶ Humilitas quidem: cum non sit dominus et auctor
faciat: ut est tyrannorum et superborum ingenium. qui ita potestate utuntur
ut nihil aliud nisi ipsi videantur: quasi potestatem habere, quasi ex eis sit
nata: et non ab alio receperint. Unde non ei gaudent fructu potestatis
sed fruuntur potestate solum. ¶ Maiestas autem: cum se talis
dei servum felicissime iactat. Si enim imperatoris servum non renuerit
et suscipere: gloriosum est: quid erit ibi: qui dei servos non verentur
atque suscipiunt? Ita terribile et magnificum nomen est, dicere. Ser-
vus Iesu Christi. Et credo quod servus hoc loco nomen
sit officii et dignitatis: non autem propriae naturae et subiectionis. hoc est.
Credo quod Apostolus per hoc nomen non voluit efferre generalia sua opera quibus
privatim deo servit et singularia ~~[illegible]~~ ministerii. Ut hoc exemplum ostendit ar-
rogantiae. Quod enim toto ac difficile [illegible] dicere: Ego sum servus dei
[illegible] resistat, cum omnia facere: quod rex ab eo requirit. Sunt [illegible]

Ad .2. Cor. 4. Sed neque meipsum iudico. Solius enim dei est et iudicare &
diffinire an quis sit servus vel minister. Sed omnis servus ut
dicit ut dictum est: quia acceptum officium cognoscitur a deo super alios
q. d. Ego quidem credidi Petro & cum dono baptismo & alia opera
facio: que sunt dei solius opera: sed non ego hec ago ut dominus
super vos constitutus. Sed ut servus cum hec agere in vobis conspi
ciat: Et ita servus sum scilicet propter vos. & mea servitus non m
respicit: sed quid in vos operari debeo. Hec enim alia servitus
non facit: qua omnis equaliter deo servire dicimus: hec ad solum
deum respicit. Et sequitur. Sermo moraliter & tropologice est
quibus sed est & pro est. Sermo allegorice est aliquis per alios
& super ac propter alios: ideo hoc dignitatem & sublimitatem: illud
ac [illegible] subiectionem & humilitatem significat. ideo quod hoc
attendunt & videri debet: illud ac vigilant: ne per hoc alios
potest aliorumque utilitati aptatur: illud ac sibiipsi potest: ne hoc
speciale est allegorice. illud generale debet esse omnium. hoc defini
sed opera & certos limites: illud ad omnia generaliter potest fieri
hoc preterea esse sine gratia. illud vero non sine gratia. propter ideo hoc quidem
dignius: sed hoc salubrius: hoc manifestum est hominibus in gratia: illud
autem nec sibiipsi notum forte. ut dictum est

Vocatus Vocatus Apostolus i. (ut clarius dicatur) vocatus in Apostolum vel
ad Apostolatum: In quo verbo exprimit specialius suam servitutem sive mi
nisterium: quia multi sunt servi & ministri Ihesu Christi: sed non omnes Apostoli: omnes
autem Apostoli sunt servi & ministri id est: qui opus dei exercent super &
in alios. loco & vice domini. Et pertinet primo contra
genera hominum qui non vocantur ad officia honoris. primi sunt pseudoapostoli
qui tunc ubique abundabant. quos diabolus velut Zizania superseminavit
& emisit ad [illegible] velut olim Ieremie [illegible]. Alii sunt
qui per ambitionem intrant: qui enim licet non sint pseudoapostoli aut pseudodoctores
nimirum recta & vera docent: catholicumque sentiunt alios: tamen quia non sunt
ad hoc vocati: arguuntur isto verbo. Vocatus. & licet non sint fures &
latrones vel pirati: sunt tamen mercenarii: que sua sunt querentes non
que Ihesu Christi: & non pertinet ad eos de ovibus: nisi quantum lucri
honoris: avari, aut voluptatis percipiunt. Talium hodie in tota [illegible]
Et mirum quidem est. quia hii in scripturis non tam noxii arguuntur: neque adeo dam
natur sicut pseudoprophete & pseudoapostoli i. heretici & scismatici & pseudo
qui currere non missi & loqui non iussi sciebantur. & medicina quere[...]
tamen non reputantur sufficientes a deo: eo quod non ex charitate libera sed ex
mercenaria cupiditate assumunt & querunt sibi honorem. Horum

similes sunt. Tercii qui per violentiam intrudunt se vel per alios intrudi metiuntur
et sive favore subditorum: Et hi sunt priores quam secundi. Sed nostri sunt primi
Cum autem tam sublimia sint mysteria sacra: horrendum est super omnia
pericula quae sunt in hoc et futuro seculo: et propria sola omnium maxime in perpetuum
haec aggredi sine vocatione Dei. Ad haec quam infelicissima dignitas est haec
multorum: haec omnia in locum quod cogitatum intrantur. Non sunt servi: qui
a Deo vocantur: et illi ubi perierunt? Erunt Iudas Apostolus: Cecidit Saul
cecidit David electus. Et hi sublimiter vocati et uncti. Ve illis presbiteris

Apostolus

Ordo verbo s. Apostolus exaggerat dignitatem ministerii sui: Et innuere videtur quantam
subditos & auditoribus. Quia si omnis servum Dei cum reverentia & amore oper
et recipere (ut qui opus Dei in nobis operatur) quanto magis apostolum. Qui est super
nos Legatus Dei & summus Angelus domini exercituum, id est Iesu christi

Sane debemus inter cetera Dei affluentissima beneficia: etiam hoc agnoscere
cum laude & gratiarum actione devotissima: quod ex abundanti pietate: tales statuit Deus
de hominibus (id est in nimium terreremur: & nimio terrore non infestaretur
status noster & opus Dei in nobis. si vel per seipsum vel per angelos haec in
nobis ageret. Nunc autem nostrae infirmitatibus patiens magistros: consulens
elegit homines similes nobis: familiares: talem se quantum qui nobis omni forma
decoris: ut ita copiosissime & perfecte opus suum in nobis perficeret. ablato terrore
quali olim patiebantur prophetae: siquando a Deo vel angelo acciperent. Nec
Moses terrorem eius sustinere potuit. Quia tum novum erat nostro statui: nondum
erimus capaces eius propter sublimitatem eius: & nostras infirmitates: At nunc
blandum factum est & tractatum: & per certos homines nobis traditur. Sed
tamen eo remissius non debet amari & timeri. Quia idem enim Deus est
qui prius: licet nunc non terribile sed amabile. fuit tamen eo terribilius posteri
us: quia ipsum modo voluit venerari & amari

Segregatus in evangelium dei. Hoc dupliciter potest intelligi. Primo
secundum illud Act. 13. Dixit spiritus sanctus Segregate mihi Paulum & Barnabam
in opus ad quod assumpsi eos. Et sic sensus est: quod seorsum positus est in
Apostolum gentium: sicut Petrus & alii Apostoli in ministerium circumcisionis & Iudeorum
per quod adhuc amplius expressit ministerium suum: quod non tantum servus nec
tantum Apostolus Dei. Sed ab aliis segregatus singulariter ad gentes mittendus
Secundo. secundum illud Gal. 1. Cum autem placuit ei: qui me segregavit ex ut
ero matris meae & vocavit per gratiam suam: ut revelaret filium suum in me: ut
evangelisarem illum in gentibus. Et tunc sensus est: quod a Deo est in utero
matris adhuc prae aliis Iudeis ordinatus ut fieret Apostolus gentium. Quod figuravit
Hieremias cui dictum est: antequam exires de vulva sanctificavi te: & prophetam in
gentibus dedi te. hoc autem Paulus implevit in veritate. Nam cum sancti

vulva etiam: sanctificavi, i. approbavi segregavi. Et haec est voluntas dei sanctificatio vestra
i. et allegorice a malis hominibus & moraliter a spiritu segregavi

Verecundus est at & modestus. sic dicere segregatum quam sanctificatum ne arrogantius de se loquatur

sacrare & separare & segregare: fere idem significant in scripturis. Nam quod
sanctum dicitur deo consecratum est: id segregatum & separatum ac per hoc in sancti-
ficatum est, sed ab aliarum rerum prophanarum consortio. Igitur idem est segregatum
in evangelium dei, i. abstractus ab aliorum negociorum cura: tamquam soli officio
dedicatus: initiatus & consecratus: ut evangelium doceam. Sic sacerdotes
segregati & separati ad sacrificandum. Et hic sensus magis placet quam prior.
Quo denique verbo eos perstringit: qui cum ad ministeria dei sint segregati &
de sorte domini: tamen implicant se laicis & secularibus negociis contra apostolum.
Denique illud notandum Apostolum indicat: quod non ad quaevis opera sed soli
ad evangelium sit segregatus. Quia principale opus suum est evangelisare. Sic
1. Cor. 1. Non enim misit me Christus baptisare sed evangelisare. Ergo alii
Apostoli etiam alia sunt opera: in quae sunt segregati: ego in evangelium sum segregatus.

Quod ante promiserat | Hoc dicit: ne ex suis meritis aut
humana sapientia inventum putaretur. in quo consistit maximum robur &
pondus evangelii: quia scilicet testimonium habet veteris legis & prophetarum: tale esse fu-
turum quale nunc ea loquuntur: quae prophetatum est venturum: ut ex hoc argu-
eretur dei consilio etiam fuisse praeordinatum tale: antequam esset tale. & ita soli deo tri-
bueretur gloria huius doctrinae. & non suis meritis aut industriis. Quia sicut
antequam nos essemus: prius ordinaretur. Sic ipse dicit. Ab eterno ordinata sum
& ex antiquis (i. figuris legis) antequam terra fieret (i. eius) quod ...
cam feci est: evangelium enim quod est sapientia & virtus dei: antequam construeretur
& omnia fierent: quae sapientia ibidem dicit ludebat & gloriatur.
Sic & Amos 3. Non facit dominus deus verbum: nisi revelaverit secretum
suum ad servos suos prophetas. Et Isa. 48. Praedixi tibi ex tunc (i.
in lege veteri) antequam venirent indicavi tibi: ne forte diceres. Idola mea (i.
mea sapientia imaginatione) fecerunt haec. & sculptilia mandaverunt ista. Quae
audisti (i. in lege & in prophetis) vide omnia (i. sed nunc in tempore gratiae) etc.

per prophetas suos in scripturis sanctis | Quod dicit ad differentiam promissionis
omnis ante tempora. de qua Tit. 1. quam promisit deus qui non mentitur ante tempora
secularia. Ista enim promissio est praedestinatio ab eterno omnium futurorum. Sed per
prophetas specialis fit promissio: & sub humanis verbis. | Et mira dignatio
dei quod etiam ultra promissionem eternam: in humanis verbis promittit: Et non
solum vocalibus sed etiam scriptis. Quod totum factum: ut cum impleretur
missio: in illis appareret. quod sic facere consilium habuerat. Ut non temere
venisset: aut ex fato stellarum (ut nimium vani presumpsere) religio christiana
sed certo consilio & praemeditata ordinatione dei: sic futura fuisse et non
fieret. Et hic addit etiam alia verba. in scripturis sanctis. Quia si solum per prophetas
diceret: poterat calumniari: quasi qui mortuos allegaret quorum & quorum verba non superessent
nunc autem exhibet & remittit etiam ad praesentes adhuc eorum scripturas

De filio suo: qui factus est ei ex s. da. s. c. q. p. e. f. dei in v. s. sp. s. ex re. m. I. C.

iste Locus: nescio si ab ullo sit vere & recte expositus. Antiquis obstitit in
terpretationis improprietas. Recentioribus vero abstinentia spiritus: In aliorum
studiis adiuti: audeamus & nos salva pietate fidei intellectum exercere. Germanus
sensus mihi videtur esse Apostoli. Quod Materia seu obiectum Euangelii seu Con
aliud subiectum: sit Iesus Christus filius dei. natus ex semine David secundum car
nem & nunc constitutus rex & dominus omnium in virtute & hoc secundum spiritum sanctum
qui suscitavit eum a mortuis: Ad quod mihi videtur textus graecus: qui sic habet
De filio suo: facto ex semine david: destinato: sive definito: declarato: ordinato &c.
filio dei in potestate: secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione a mortuis. Ihesu
Christo domino nostro. Summa ergo vide. De filio suo est euangelium,
non absolute de filio dei Sed incarnato ex semine david ~~secundum carnem~~. Et inde
notatur quod se exinanivit & infirmum fecit: Et qui ante omnia fuit & omnia fecit
ipse nunc incipit & factus est. Sed non solum Euangelium de humilitate filii
dei loquitur: qua seipsum exinanivit: Immo etiam de gloria & potestate: quam post humilitatem
a deo accepit: in humanitate. ita scilicet ut sic filius dei per humilitatem & exinanitionem
sit factus est filius david in carnis infirmitate. ita vicissim filius david
infirmus secundum carnem: nunc versus constitutus est & declaratus filius dei
in omni potestate & gloria: Ut sic se secundum formam dei exinanivit [usque in carnis infirmitatem] nascendo
in mundum: ita secundum formam servi se implevit usque in plenitudinem divinitatis
ascendendo in coelum. Et Nota proprissima locutionem Apostoli. Non ait qui
factus est filius dei in virtute: sed ait: qui factus est secundum carnem: Ita
ab initio conceptionis Christi. propter unionem utriusque naturae: verum fuit dicere
iste deus est filius David ~~[illegible]~~: Et iste homo est filius dei ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ Licet non vera: quia exinanita est divinitas & in carnem abscondita:
Sed ubi? Quod impleta est humanitas & in divinitatem traducta. Sed Licet
hoc ita esset. Ut non sit factus filius dei: Licet sit factus filius hominis
& in idem semper fuit filius & est filius dei, usque nunc. Tamen hoc non
fuit destinatum, declaratum & constitutum hominibus. Accepit in potestatem super
omnia. & erat filius dei: Sed nondum exercebat eam: nondum habebatur talis
filius dei. Hoc enim factum est per spiritum sanctificationis. Quod spiritus nondum erat
datus. quia Iesus nondum erat glorificatus: ille inquit me clarificabit: Spiritus
enim sanctus per Apostolos eum definivit & declaravit esse filium dei cum
in potestate super omnia: & omnia ei esse subiecta. Et quod dominum eum fecerat deus
pater & Christum: Hoc enim vult hoc verbum. praedestinatus est filius dei i.
iste homo filius david secundum carnem: est declaratus filius dei in potestate s.
super omnia: qui fuit filius david in infirmitate subiectus omnia. Et
hoc totum secundum spiritum sanctificationis: Unum enim tribuit Clarificatio Christi
ut dictum est. Sed hoc opus spiritus non fieri: nisi post resurrectionem Christi

ideo addit: ex resurrectione a mortuis. Quia spiritus non fuit datus: nisi postquam christus resurgeret. Unde patet quod male transfertur: praedestinatus: Cum in greco potius sit dictum Orisfentos .i. diffinitus: Unde diffinitio et determinatio. Unde in scholis. Orismos diffinitio dicitur. Destinatio aliquando dicitur: quod tenendum et credendum declaratur manifestatur et indicatur. diffinitio enim indicatio est et notificatio rei. Ita et hic notatur christus in evangelio: per spiritum sanctum declarari et manifestari filius dei in virtute et potestate super omnia: quod ante resurrectionem non fuit revelatum et manifestatum sed potius in carne christi occultatum. Et quod dicit spiritum sanctificationis minus potius quam sanctum: non est magna vis. quia utroque dicitur spiritus: et ab effectu sanctitatis et sanctificationis. Deum quod ait in potestate debet intelligi de potestate omnium: sicut explicat Io. 8. et heb. 1. Quem constituit heredem universorum. Igitur Epilogus. Evangelium est de filio suo: facto ex semine david: manifestato vero filio dei in potestate omnium per spiritum sanctum datum ex resurrectione mortuorum Jesu christo domino nostro. Ergo hic habes quod evangelium est sermo de christo filio dei secundum humanitatem et per eam glorificato per spiritum sanctum. Genitivus sit ille genitivus Jesu christi domini nostri: ambiguum per genitivo vel ablativo accipi. quia grecus textus non sic est certus. In genitivo construitur cum illo vero resurrectione, ut ex resurrectione Jesu christi domini nostri a mortuis. In ablativo ac construitur cum illo. De filio suo facto etc. Et quod nostra translatio ex mortuorum facit sensum obscurum: licet commode. Quia melius sensum ex sensu quam verbum ex verbo: transferendum putavi .i. a mortuis

Corol

Evangelium non est solum: quod Matt. Mar. Lu. Joh. descripserunt. Quod patet ex hoc loco patet. Quia expresse dicit quod evangelium sit verbum de filio dei incarnato et passo et glorificato: hoc ergo quicumque sive Matthias sive Thomas scribat aut doceat: quibuscumque verbis aut linguis: ipsum est evangelium dei. Non enim refert: quot libri aut quot auctores doceant. cum idem sit quod omnes doceant. Unde et illud quod Apostolus dicit 2 Cor. cuius laus est in evangelio per omnes ecclesias. non est verum quod de evangelio Luce intelligatur. Sed quod laus eius fuerit in docendo evangelio id est verbo dei sicut et Apollo et aliorum laus similis fuit. hoc est, quod dicere et componere noverunt scribere. Sic illud verum est de evangelio Luce recitatum quod ait: secundum evangelium meum: quia Lucas scripsit quod paulus predicaverat aut quod ille scripsit hic predicaverat: Sed meum dicit quia ipse hoc predicaverat quod erat verbum dei de filio suo ut hic dicit

Virtus enim dei est   müglikeit · vermügen · possibilitas

Notandum quod Virtus hoc loco idem quod potentia sive potestas intelligitur.
Et Virtus Dei: non qua ipse potens est formaliter in seipso: sed qua poten-
tes & valentes ipse facit. Sicut dicitur. donum dei. creatura dei: res dei.
Ita Virtus dei i. potentia ex deo veniens. Ut act. 4. Virtute ma-
gna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Jhesu christi. Et act. 1.
Sed accipietis virtutem supervenientis spiritus sancti in vos. Et luce ult. donec
induamini virtute ex alto. Et luce 1. Et virtus altissimi obumbrabit tibi.

Secundo notandum quod virtus dei, ad differentiam virtutis hominum
qua est potentia qua valet & salvatur homo secundum carnem. & qua
quis potens est facere ea que carnis sunt. Sed hanc deus penitus
evacuavit per christi crucem. ut daret virtutem suam: qua valet & sal-
vatur spiritus. & qua quis potens est facere ea que spiritus sunt. ps.
59. Vana salus hominis. In deo faciemus virtutem. Et ps. 32. Non
salvatur rex per multam virtutem: & Gygas non salvabitur in multitudi-
ne virtutis sue: fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtu-
tis sue non salvabitur.   Idem enim est dicere. Euangelium est
virtus dei. i. Euangelium est virtus spiritus, sive divitie, arma: orna-
menta & omne bonum ipsius spiritus. et omnis eius potestas. & hoc ex deo. Sic dicuntur
divitie: arma: aurum: argentum: regna & id genus alia esse virtus
hominum quibus prevalent facere: quecunque faciunt & sine illis nihil
possunt. Sed hec ut dixi oportet destrui omnino: saltem quoad affectum
illorum: alioquin virtus dei non erit in nobis. Divites
enim & potentes non recipiunt euangelium ergo nec virtutem dei. Ut
scriptum est. pauperes euangelizantur. Confidunt autem, ut ps. 48.
in virtute sua. & in multitudine divitiarum suarum gloriantur. Unde

Tertio Notandum quod usque hodie non solum erubescit sed et
audire euangelio saltem corde & opere: quamvis non vere credit.
Ratio: quia dum placent ei & sapit ea que carnis & mundi sunt, necesse
est ut non sapiant nec placeant ea que spiritus & dei sunt. Et ita
non solum erubescit alius ipsum dicere. Sed et repugnat & non vult
sibi dici. odit enim lucem & diligit tenebras: ideo non sustinet
veritatem sibi salutarem sibi dici.   Sed in Erubescere euangelium
est vitium & ignavia pastoris: contemnere autem vel non audire est
vitium & stultitia subditi. Dum enim sic predicator tacet vel potentum
vel favorem vel multitudinem auditorum: & tacet verum veritatem
Et auditor insufflatus: contemnit vilitatem & humilitatem verbi unde
& fit ei stultitia gentium & velut deliramentum. 1. Cor. 1.

Oportet ergo omnem virtutem, sapientiam, iustitiam abscondi, stultari, non apparere, omnino ad imaginem & speciem ...

... potentiam, sapientiam ... magis abscondat: & potens ...

... exhibiat: ita sit vere ... potens, sapiens ...

Animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi. Et non potest intelligere. Et Ro. 8. Sapientia carnis inimica est Deo. Legi enim Dei non subiicitur, nec enim potest.

Igitur concludo finaliter.

Oportet enim qui credit evangelio, infirmum fieri & stultum coram hominibus ut sit potens & sapiens in virtute & sapientia Dei. Ut 1 Cor. 1. Infirma mundi & stulta mundi elegit Deus ut confundat fortia & sapientia. Et quod infirmum & stultum est Dei, fortius & sapientius est hominibus. Cum ergo audis virtutem Dei, mox reputatam intellige virtutem hominum ... mundi & carnis.

Iustitia Dei revelatur.

In humanis doctrinis revelatur & docetur iustitia hominum, i. quis & quomodo sit & fiat iustus coram se & hominibus. Sed in solo evangelio revelatur iustitia Dei (i. quis & quomodo sit & fiat iustus coram Deo) per solam fidem qua Dei verbo creditur. Ut Marci ult. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit. Qui vero non crediderit condemnabitur. Iustitia enim Dei est causa salutis. Et hic iterum iustitia Dei non ea debet accipi, qua ipse iustus est in seipso, sed qua nos ex ipso iustificamur, quod fit per fidem evangelii. Et dicitur ad differentiam iustitiae hominum quae ex operibus fit. Sicut Aristoteles 3 Ethicorum manifeste determinat, secundum quem iustitia sequitur & fit ex actibus. Sed secundum Deum precedit opera & opera fiunt ex ipsa.

Ex fide in fidem. Varie exponitur. Lyra vult quod ex fide informi ad fidem formatam. Sed nihil est omnino, quia ex fide informi iustus nullus vivit. Et non est iustitia Dei ex fide illa. Quod tamen utrumque hic dicit? Nisi velit fidem informem intelligere fidem incipientium & fidem formatam perfectorum. Fides enim informis non est fides, sed potius obiectum fidei. Non enim credo quod quis fide informi possit credere, sed hoc bene, scilicet videre quid sit credendum, et ita suspensus manere.

Aliter: Ex fide scilicet patrum antiquae legis in fidem novae legis. Et haec glosa sustineri licet possit reprobari & ridiculum videri. Ex hoc scilicet quod non vivit iustus ex fide patrum. Unde tamen dicit iustus ex fide vivit. Et eadem crediderunt patres quae nos. Una fides licet illi obscurius, sicut & modo docti idem credunt quod rudes, sed tamen clarius.

Ideoque Apostolus videtur esse quod iustitia Dei sit ex fide totaliter: ita tamen quod proficiendo non venit in speciem, sed est in clariorem fidem, sicut illud 2 Cor. 3. Nos transformamur a claritate in claritatem. Et Ps. Ibunt de virtute in virtutem. Ita de fide in fidem per magis ac magis credendo. Ut qui iustus est, iustificetur adhuc: ne quis statim arbitretur se apprehendisse & ita desinat proficere, i. incipiat deficere.

B. Aug. c. xi. De spi. & lit.: Sicut ex fide annunciantium in fidem obedientium ... Ex fide ...

Quod notum est dei

Greca locutio quae apud nos aptius per abstractum fit ut ~~notum dei (i. notitia dei)~~ Notum dei (i. notitia dei) sic 1 Cor. 1 Quod infirmum est dei fortius est hominibus: & quod stultum est dei sapientius [est hominibus] i. infirmitas & stultitia dei est potentior fortior & sapientior quam fortitudo sive virtus & sapientia hominum. dicuntur autem hec omnia dei non quia in ipso sint. sed quia in nobis ex ipso sint. Sic stultitia dei est [& infirmitas] vita spiritualis: quia nos deus coram hominibus stultos videri facit & infirmos & in exteriori homine. Sapientia autem & virtus dei est vita spiritualis vel ipsa regula vitae spiritualis. quae nos sapientes & fortes coram ipso facit & reputat & in interiori homine. Et coram hominibus tota res posita est in alternatione. Ut stultitia & infirmitas dei sit sapientia & virtus coram deo. & econtra sapientia & virtus mundi sit stultitia & infirmitas imo mors coram deo et [illegible] 1 c. 6.

Revelatur enim ira dei

Apostolus propter potentes & sapientes mundi comparat. Quia hos humiliare facile & subdere & credere [illegible]. Sed [illegible] maxime restiterunt euangelio & [illegible] vitae crucis christi: ceteros enim [illegible] experti erant [illegible] contra ipsos solos [illegible] invehitur & potius iram dei denunciat: stultos enim adeo stulta esse est [illegible] Crucis quam philosophis & principibus [illegible] contraria est

A Creatura

Augustinus exponit (& ni fallor et Magister Sententiarum li. 1. dis. 3.) a creatura mundi (i. ab homine conspiciuntur dei invisibilia. Sed hec ex greco textu facile refellitur. Ubi sic A creatura mundi [illegible] a conditione [illegible] matt. 25. [illegible] a mundi constitutione [illegible] sit sensus. Sapientes mundi: hi mundi creatura non intellexerunt [illegible] [illegible] mundi creati poterant invisibilia dei cognoscere. Sed pro [illegible] & invisibilia dei [illegible] & [illegible]: ipsa opera habentes testantia deum. 1 Cor. 1 Quia in [illegible] sapientia dei non cognovit mundus per sapientiam deum. placuit per stultitiam predicationis [illegible] salvos facere credentes: Cum ut hic concludere [illegible] cognoverunt deum. Sed [illegible] solent. Sed hi cognoverunt deum: tamen non [illegible] deum [illegible] in notitia [illegible] ostenderunt quam non cognovissent

[II.] Ut pro clariori intellectu notandum est, Apostolum in istis verbis; non solos romanos (ut multi putant) arguere. Sed [illegible] singulos vel [illegible] gentium vel romanorum. Quod manifeste ex infra dictis verbis Apostoli cognoscitur. Quia et 3. c. Causati sumus Iudeos & grecos omnes sub peccato esse. Ergo nullum excipit: quando omnes dicit [illegible] loquitur [illegible] & Apostolus in loquendo totum mundum [illegible] toti corporis [illegible] los suos constituunt. Sed corporis membra non sunt diversa: non

singula fuerunt omnia que Apostolus eis obiicit, sed omnia omnia fuerunt
aliquorum illa, alii alia vitia: ita quod omnia ista vitia in corpore isto
non in solo capite fuisse monstret. Item sive dictis non omnes Romani
fuerunt omnia haec, sed omnes gentes: Utrum quod est Christum exceptis
membra fuerit hoc corpore: ideo est omnibus illis arguitur. Sic et Moses
Scripture [illegible] c. 1 et 4 [illegible] [illegible]. et transit a capite
in totum et econtra sive de [illegible] in genesis: Ut sit de bonis et
malis eadem dicendo, illos increpando imo et puniendo in malis: hos
vero benefaciendo et fovendo in bonis. Nam et Christum modo
cogitur obstruere omnis qui ad corpus loquitur in quibus uno
Sc. non omnes esse eque culpabiles vel laudabiles, sed experientia
Ieronimus dicens et inprimis arguit romanos et sapientes
quod hii sunt et fuerunt caput mundi propter principatum potentiae
et sapientiae: A quibus est (videlicet vero ordine baptizandi) a capite incipiens
paulatim ad alios descendens omnes involvit et [illegible] omnes in
Ex quo et docet predicatores [illegible] primum et prin
Nota. Mo. cipaliter arguere debere maiores et capita in peccatis, non grandibus
verbis, sed ex morbido et perturbato animo effecto: sed verbis cum his
ostendendo quo et ubi contra evangelium agunt et vivunt. Sed hoc
operatione [illegible] [illegible] est. Sic Iohannes baptista creditur dominum
a vertice deorsum perfudisse: sed non [illegible] agens. Sed Iordani
Et misterium tibi nota: [illegible] furore [illegible] narres
Et ita Epistola pauli (sic omnis predicatio verbi dei esse debet) est velut
fluvius egressus de paradiso et sit Nilus: qui totam Aegypti inundat
Et in [illegible]: ut aliquem introitum et principium habeat [illegible]
sic diluvium quod deus per Apostolum parari inhabitare facit totum mundum
occupat et omnes gentes. Sed in incipit interdum a capitibus
et maioribus ipsius mundi et paulatim descendit se ad omnes
Hoc enim diligenter notandum: Alioquin si Lyram et suos sequeremur
difficillima erit Epistola ista: nec illa sequentium cum precedentibus co
nexio: cum ille velit in primo c. solos Romanos arguere (quod et prolo
gus innuitur) et tamen in sequentibus nunc sit omnes gentes imo totam
massam perditi generis humani intelligi. Hoc enim Apostolus conatur
ut Christum omnium salvatorem ostendat: non tantum Romanorum et qui Romanorum erat
maiorum. Licet eis principaliter ostendat quomodo illos et alios

Ex hoc itaque dat intelligere quod ea naturalia bona: ipsi deo sunt tamquam largitori ascribenda. Item quod hic de naturali cognitione loquatur: patet ex eo quod subdit, quo illis manifestavit. scilicet per hoc. quod invisibilia eius a creatione mundi operibus intellecta conspiciuntur (id est naturalibus effectibus cognoscuntur). id est ab initio mundi semper ita fuit quod invisibilia eius etc. quod deus [illegible] in se ipso solo poterat deus cognosci. A creatione mundi dicit sed potest et sic.

Sed ut clarius Apostolum in istis verbis intelligamus: Volo meo sensui aliis sapientibus modicum cedere. Et vel auctiorem vel meliorem expectare.

Quod omnibus idolatris tunc temporis manifesta fuerit notitia dei sicut hic dicit: ita ut inexcusabiles possint convinci: scilicet cognovisse invisibilia dei: scilicet divinitatem: id est sempiternitatem et potestatem eius. Et hoc aperte probatur. Quia omnes qui idola construxerunt et coluerunt: et deos vel deum appellaverunt: id est immortalem esse deum id est sempiternum: item potentem et adiuvare valentem: certe ostenderunt se notitiam divinitatis in corde habuisse. Alioquin quomodo possent simulacrum vel aliam creaturam deum appellare vel ei similem esse ~~credere/estimarent et crederent~~. Si nihil quid esset deus et quid ad eum pertineret scire possent? Quomodo hec attribuerent lapidi vel ei cum lapidem sic estimabant: si ea non crederent ei convenire. Sic autem tenent. Quod invisibilis quidem est ~~deus quod~~ divinitas (id est quam in multos tunc deos distribuerunt) et qui eam habeat sit invisibilis: sit immortalis: sit potens sit sapiens sit iustus: sit clemens invocantibus. Cum ergo hec adeo certe tenerent. Quod et operibus ostenderent scilicet invocando: colendo: adorando eos in quibus divinitatem esse putabant. certissimum signum. Quod notitiam seu notionem ~~dei~~ divinitatis habuerunt. Que sine dubio ex deo in illis est sicut hic dicit. In hoc ergo erraverunt quod hanc divinitatem non nudam reliquerunt et coluerunt sed eam commutaverunt. Et applicaverunt: pro votis et desideriis suis. Et unusquisque divinitatem in eo esse voluit: quem sibi placeret. Et sic dei veritatem mutaverunt in mendacium. Cognoverunt ergo quod divinitas sive numen quod est deus: sit, esse potentem, invisibilem: iustum: immortalem: bonum: ergo cognoverunt invisibilia dei sempiternamque virtutem eius et divinitatem: Hec maior syllogismi practici: hec synteresis theologica est inobscurabilis in omnibus. Sed in minore errabant dicendo et statuendo hic est id est Iupiter. Vel alius huic simulacro similis est huiusmodi (?). Hic error incepit et fecit idolatriam dum quisque studio suo subsumere voluit. Si ergo in eo sensu mansissent et dixissent. Ecce scio (?) quod quisquis sit ille deus: sive ista divinitas: cui est esse immortalem. potentem: et invocantes se exaudientem: hunc ergo colamus et adoremus

Et hunc neque deum nec hunc vel hunc solum deum, sed [illegible] ipsum esse [illegible] (: quem [illegible] est :) colendum et sine dubio saltem fuisse: quod si non eum ut coeli et terrae Creatorem cognovissent, vel aliquid aliud in particulari opus eius. Unde hoc est, quod notum est dei: manifestum est in illis. Sed unde et ex quibus? Quia invisibilia dei operibus intellecta conspiciuntur etc. Videt enim quisque unus homo alterum, una bestia alteram, imo quaelibet res aliam dominari et praeminere super se, quam amplius potuerit et habuerit. Et semper superiores et potentiores alteram et inferiores vel regit vel deprimit. Et ita in universum oportet unum sublimius esse, quod omnibus praesit et omnia dominet. Nam ex beneficiis acceptis deum intelligunt. Unde et eos, qui beneficium praestiterunt, deos appellaverunt olim, quibus gratia referenda sit plurima etc.

Quia cum cognovissent deum, Non sicut deum etc.

Si non glorificaverunt eum ut deum seu sicut deum: ergo ut aliquid aliud glorificaverunt? Ita enim videtur innuere: et quod infra dicit, monstrare: Et mutaverunt gloriam etc. quod non sicut deum, sed sicut similitudinem imaginis coluerunt, ut per hoc non deum, sed figmentum suum colerent et suum sensum libere amplecterentur. Nam et filii Israel arguuntur coluisse Baal et vitulos: cum tamen constet, quod sub illis figuris et similitudinibus verum deum coluerint et intenderint, quod illis erat prohibitum. Sed hodie et omnes qui sunt: qui non sicut deum, sed sicut ipsi eum sibi fingunt, colunt. Vide ergo singularitates et rationis superstitiosae plurimam vanitatem. An non est haec gloria dei in similitudinem imaginata et phantasticae creaturae? Si dimisso quod debes, eo opere colas, quod tu elegisti, et ita opinando credas deum talem esse, qui te et tua respiciat, i.e. quasi aliud sit quam ipse sese tibi proponendo ~~aliud~~ manifestaverit? Unde et nunc multi traduntur in sensum perversum et reprobum, ut videmus et Iudaeorum.

Aut et simpliciter dici potest: non sicut deum glorificaverunt, i.e. non glorificaverunt sicut decuit, ut deum glorificarent et gratias agerent. Ut adverbium "Non" neget actum glorificandi debitum fieri. Si enim "Non" neget adverbium "sicut": tunc actus glorificandi affirmatur sed modus negatur: et significatur deus mediate coli. Et ad utrumque possunt sequentia aptari verba.

Vide ergo ordinem et gradus perditionis. Primus est ingratitudo: seu omissio gratitudinis: Sic enim Lucifer ingratus fuit Creatori, sed ante casum [illegible] ad suum: ipse complacentia sui: quia in acceptis: non ut acceptis delectatur, contemptis eo qui dedit. Secundus Vanitas: quia sibi et in seipso et in creaturis placet et fruitur utibili: et ita vani fiunt in cogitationibus suis, i.e. omnibus consiliis, studiis et industriis: quia quicquid in iis et per ea quaerunt, totum vanum est: cum non nisi seipsos quaerant, i.e. gloriam, delectationem et utilitatem suam.

Tertius est excecatio: qua incarnatus veritate et immersus vanitati toto affectu
et omnibus cogitationibus: nemo ceteris fit: cum sit penitus aversus. Tunc 36
enim in tenebris positus. Quid aliud agat: nisi quod sequitur, erras et dis-
pergis. Quia cecus facillime errat. Unde ille errat: Ideo tertius est
error erga deum qui est pessimus: qui fuit idolatras: Hunc autem versus
est in profundum versus. Qui omisso deo: nihil iam restat. quam quod sit traditus
in omnibus desideriis suis voluntati diaboli: tunc sequitur [illegible] diluvium
malorum - et fluxus sanguinis. ut infra prosequitur Apostolus
Eisdem gradibus procedunt et nunc. ad spiritualem et subtiliorem idolatriam
que nunc frequens est. Quia deus colitur non sicut est: sed sicut ab eo
fingitur et estimatur. Ingratitudo enim et amor vanitatis (i. sui sensus
et proprie iustitie sive ut dicitur bone intentionis) excecavit eos.
ita ut sint incorrigibiles: nec aliud credere possint: quam se eximie agere
et deo placere. Ac per hoc deum sibi propitium formant: cum non sit.
et ita phantasma suum verius colunt quam deum verum: quem similem
illi phantasmati credunt. Et hinc [illegible] in solitudinibus imagina-
tionis sue carnalis sapientie et corruptibilis affectus existente. Ecce per
quantum mala ingratitudo et amor vanitatis mox sese trahit et hic excecatos
hic autem idolatriam. hic autem vitiorum gurgitem. Econtra gratitudo con-
servat amorem dei et sic manet cor in eo directum: Ideo et hinc
illuminatur: illuminatum vero: non nisi verum deum colit. Et hunc vel
tantum adheret mox omnis chorus virtutum

Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum

Istud tradere: non tantum est permissio dei sed commissio et iussio dei. ut patet
expresse 3 Reg. 22. ult. Ubi deus ad spiritum mendacii ut deciperet Achab regem Israel
ait: Decipies et prevalebis. Egredere et fac ita. Et sequitur [illegible] prophetis ad eundem
regem. Nunc igitur dedit dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum
~~Et si obiicitur~~ 2 Reg. 16. dixit David de maledicente sibi. Dominus
precepit ei ut malediceret David: dimittite eum ut maledicat iuxta preceptum domini
[illegible] et deus precepit diabolo. Vel certe: ut temptet et seduceret homines
qui hoc merentur apud eum impietate sua. Et si obiicitur deus prohibet
malum. Ergo non tradit in malum. i. non sinit malum ut committatur et
precipit: nec precipit ipsum fieri. Respondeo Verum est quando in bonitate agit quod
sic in scientia precipit: prevideo facit abundantius peccare cum sua prohibitione
ut abundantius peniteant. Et Concordando utramque partem. hoc tradere
expresse [illegible] quam traditur est quod permissio: qua subtrahit auxilium suum ab eo et de-
serit eum. ~~[illegible]~~ Tunc mox diabolus qui est ad talia expeditus est paratus
arripit. Vel corpore ipso se arripisset statim preceptis et iussione a deo. et sic est preceptum dei

Neque enim verum est quod arguitur deum propter hominem malum facere. Sed desistit vel di-
abolo neget resistere: quantum ad hoc mandatum & voluntatem dei: Et quod mo-
homines. Voluntas dei est ut ille suspendatur a peccato. Sed voluntas est beneplaciti
quae vult quod suspendatur ab eo: quod deus maxime odit: & statim facit illud quod
maxime intendit punire. Illa enim est maxima severitas: tradere aliquem
in eius manus quem tu maxime odisti. Ex hoc patet quod non sequitur quod deus
peccatum velit. Licet ipsum velit fieri. Sed potius sequitur quod maxime nolit & odiat
quod id fieri vult: ut illum subiciat ei: quod maxime odit: ut inde [illegible]
ille contra eam sit severitate suspensum. quod deus permittit illud fieri velit quod maxime
odit: ut illum puniat: Cum nihil sit nocentius peccato. non ut delictum
ei subiciat: facit illud fieri quod sibi prohibet. Ergo peccatum non propter se sed propter
penam & punitionem deus vult fieri. Sicut enim Homo peccator
vult peccatum: non propter peccatum immo nollet hoc esse peccatum. Sed propter bonum quod inde
apparet: Ita deus vult peccatum: non propter ipsum peccatum: immo & ipsi non vellet
& odit quod est peccatum. Sed propter penam & malum quod in eo est: Vel plus ad penam
quam ad peccatum respiciat: Hoc autem soli deo licitum est velle: Quia non tam
hoc nolle peccatum est. Sed tali modo non posset ipsum velle sic amare.
Sed sic ipsum vellet amare non ut peccatum sed ut penam. Sic pater
odit scelus & maculam in filio: tamen si filius offendat parentem: eligit scelus
non ut sibi placeat. Sed ut filium eo [illegible]. Igitur [illegible] rudis est [illegible]
hoc cor[illegible]: quam ex hoc inferre voluerunt: deum amare & velle malum
& adhuc ridiculose: quam voluntatem mali non removerit a deo: [illegible] peccatores [illegible]
rogantur concedere.

Corol

Vera est ista Deus vult malum sui peccati: sicut & illa deus intelligit
malum sui peccati. Tamen illi sunt [illegible] tota [illegible] quae non vult
malum & odit malos. & ista sunt contradictoria. [illegible] & vult malum
2a neg. (i. quod malum ab eius voluntate eliciatur propria: sic homo vult malum
hoc est impossibile in deo.) Alio modo vult malum s. quod extra ipsum est. & aliis
facit puta tu vel demon. Haec vera est quia si nollet non fieret
Sic etiam Non vult bonum. quia vult nos omnes obligari ad praecepta: & tamen
non vult omnes illa implere. Ergo omnia haec sunt vera Deus vult
malum. Deus vult bonum: Deus non vult malum: Deus non vult bonum
Sed obstrepunt hic. Quia Liberum arbitrium est in culpa: Sed hoc sine [illegible]
theologia nihil est. Rursus verum est: quae ista sunt subtilissima theologiae sacrae
quae coram rudibus & inexercitatis: non debent tractari. Sed inter perfectos
[illegible] illi lacte sunt reparandi: non ut hi robustissimi viri: non possent [illegible]
[illegible] cogitationes blasphemiae: Hec enim deo [illegible] [illegible]: & quod iudicio
iusta sunt. s. quod deus vult nos obligari & omnes: & tamen non dat gratiam nisi
[illegible] vult: nec vult omnibus. sed electionem in illis sibi reservat. Sed
[illegible] in futuro videbimus: Nunc autem oportet credere esse hoc iustum: quod fides est invisibilium

[Left margin notes:]
[illegible] iusta [illegible]: deus id quod malum est in peccato eligit in penam hoc. eo quod id quod bonum in peccato est eligit penam [illegible] [illegible] pena [illegible] ipsum peccatum [illegible] [illegible] peccati. Quia [illegible] est tamen [illegible] peccato sub [illegible] est vel [illegible] quod [illegible] viderat Apostolus [illegible] [illegible] in peccatum ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pena illa [illegible] [illegible] in peccatum [illegible] [illegible] peccato [illegible] pena [illegible] Ergo non sic [illegible] [illegible] pena [illegible] [illegible] [illegible] peccatum fecit [illegible] theologia [illegible] [illegible] [illegible] peccatum [illegible] ut [illegible] sine peccato deus [illegible] inferret. & peccatum [illegible]

Quod hec verum sit quod Deus neque alium preter velit propter ipsum preter. Sed sic scilicet quod non velit nec placeat ei aliquos destruere: ut per eos ostenderet eo maiorem gloriam in electis 37
Et sic preter ea velit propter aliud scilicet propter suam gloriam et electos. Sic clare nostra [?]
probat quod Deus Pharaonem excitavit et induravit ut virtutem suam ostenderet
in eo. Et iterum: Miserebor cui voluero etc. Ita et Iudeorum delicto salus
est gentium: ut ostenderet divitias suae gloriae clarius: fecit illos ruere. Quomodo enim
mali esse et malum facere possent, si ipse non permitteret? Et quomodo permitteret nisi
vellet: non enim nolens hoc facit sed volens permittit: Et ideo vult ut bonum
oppositum magis clarescat. Sed hic garriunt: Ergo sine culpa damnantur
quia obligantur ad ea que non possunt implere. Vel obligantur ad impossibilia. Respondet Apostolus
O homo tu quis es: qui respondeas Deo? Quod si tuum argumentum procedat: sequitur
quod non sit necesse predicare, orare: exhortari, immo nec Christum mori. Sed non sic
Deus preordinavit electos salvare. Sed per hec omnia media. Verum hec latius infra.

Ex textu ergo illo elicitur quod

Quod tradi in tales passiones: signum sit: eum dimisso Deo: idolum coluisse
aut veritatem Dei in mendacium mutasse / Qui vero non probaverit Deum
habere in notitia: hoc signo notatur. quod in varia vitia cadere permittitur
Et cum hec portenta vitiorum abundant: signum est quod idolatrie abundant: scilicet
spiritualis. Gravius signum est Mutare gloriam Dei in similitudinem ima-
ginis: quod est proprium sensum et ignorantiam erroris cordis. Sed adhuc gravius est non
solum ita errare. Sed etiam ex pravitate affectus eadem colere et eas creaturas
adorare. Magis autem est Deum non habere in notitia: ideo super ista tria
dicit Apostolus differenter: tradidit illos. ut primum in immunditiam. Secundo:
libidinum contra naturam: Tertio in ea que non conveniunt neque recta sunt
Sed de tertio non est mirum. quia ubi notitia Dei habenda negligitur: ibi timor
Dei necessario abest. Et ubi ille abest: omnium peccatorum pronitas adest. Sed
de primis et secundis questio est. Cur potissimum hec pena illos infestatur pro
tali culpa. Respondetur. Quia sicut illis qui Deum colunt et vident attribuitur
mundicia summa scilicet cordis: hec enim requiritur: si Deum nosse et colere volunt.
Ita iustum est ut per oppositum: qui Deum non habent in notitia nec habere volunt
ut ruant in infimam immunditiam et pessimam. ut non solum sint corde immundi (quod
fit per idolatriam) sed etiam corpore. Ut qui corde noluerunt esse mundi: nec corpore sint.
Quia qualis anima est erga Deum: talem dicit ut habeat corpus erga se. immunda
immundum. munda mundum. Et sicut Deum non glorificaverunt neque corde
neque opere. Sed potius gloriam in aliud scilicet idola transtulerunt. Et ita plenissime ignominia
interiori: ita iustum est. ut etiam in corpore propria ignominia sibi fierent
et similiter aliis in alieno. Ut sic pro gloria ignominiam recipiat utroque. pro
eo quod Deum estimaverunt sic et contemnerent in se: recipient ignominiam
immunditie. Pro eo autem quod ad aliud cultum transtulerunt recipient ignominiam ab
externo corpore in invicem. Quia quia gloriam noluerunt: quod iustum est quod ignominiam habeat
non tantum in corde (quod est ipsa idolatria ~~[illegible]~~) sed etiam in corpore.

ut quia Deum non [illegible] gloria [illegible] ipsos [illegible] autem ignominia: tam [illegible] per [illegible]

Notandum tamen quod non sic intelligendum Apostoli: omnes idolatras hec perfecisse monstra. Sed ut scriptum est: multos ex illis: Nam quidam hec, quidam alia perfecerunt: que omnia tamen sunt facta Vindicta in eos dei. Sine dubio enim multi fuerunt (ut Cornelius Tacitus:) qui tam enormibus vitiis non subiacerent, immo plurimi celebrantur fuisse admiranda pudicitie ac virtute. Et tamen idolatre fuerunt.

Nec rursus hic putandum est quod istas tres traditiones quasi per ordinem recitat Velut iure in diversis personis factas. Id potuit fieri ut iidem omnibus tribus fuerint traditi: alii vero alii duabus secundum iudicium dei. Nam videtur Apostolus probare quod omnes fuerint peccatores et ceteri quoque invenirent: licet enim non omnia singuli fecerint. tamen quia singuli idolatre fuerunt: sibi et filios eorum erat (scilicet saltem cordis deo:) ~~eorum~~ sunt etiam generalissima traditione traditi erant. Concedo ergo etiam in 2. c. inchoante quod in illos iudicaverit et tamen similia fecerint licet non omnia

De Immunditiam Ut contumeliam assignat

Ex Apostolo accepit ista turpitudo nomen immunditie et mollitiei. Ut in 1. Cor. 6. Nolite errare: Neque fornicarii neque adulteri: neque molles: neque masculorum concubitores etc. regnum dei possidebunt. Et Eph. 5. omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos. Et 2. Cor. 12. Non egerunt penitentiam super immunditia et fornicatione et impudicitia quam gesserunt. Et apostolus vocat eam contumeliam sive ignominiam. Quia sicut gloria corporis (quantum in hac parte) est castitas et continentia aut saltem legitimus usus eius: Ita ignominia est eius perversus abusus. Sicut enim vasculi est gloria: si ad usum viri nobilis aptetur: Sed ignominia eius si ad excipiendum lotium vel sordes aptetur. Ita corpus nostrum: (quod ad ista primum ordinatum est) Vel ad honestas nuptias vel ad honestiorem castitatem. Gravissima autem ignominia humiliatur: si non solum nuptias et castitatem. ~~Sed~~ est turpi. Sed etiam ista priori turpitudine polluatur.

Est autem immunditia Vel mollities omnis voluntaria et solitaria pollutio que variis modis fieri potest: scilicet nimiis ardoribus cogitationum turpium: Confricatione manuum: aut tactu alterius corporis - presertim muliebris etc.: aut obsceno motu etc. Sane voluntariam dixi: ad exclusionem nocturne pollutionis aut certe etiam diurne et vigilantis. Sed preter consensum ut multis contingit Cum tales non sunt voluntarie. Solitariam dixi: Quia si fiat consortio sexus eiusdem vel alterius. aliud nomen habet.

Regula generalis contra immunditiam pro his devotis et iuvenibus ad deum Sed libere vivendi sine ira dei. ... quod sit casta. Quia iuvenem sit aut carnem aut spiritum vincere: iuvenem etiam aut carnem aut spiritum ardere. Et nulla est potior Victoria carnalis ardoris quam fuga et aversio cordis per devotionem orationis Quia fervescente spiritu: mox tepescit et frigescit caro et cetera

Secunde traditionis Causa est ipsa idolatria in opere: sicut primus fuit causa idola-
tria in mente: quia similes deo estimauerunt imaginibus [illegible] ideo & grauior
est hec pena. sicut & culpa grauior est. Maior est enim ignominia quae [illegible]
in alium usque transit ut non solum in ipso sed etiam in altero corpore suum
corpus afficiat ignominia. Quia & maior est culpa: quia ibi non solum
in mente est error idolatrie & estimatio vana dei, sed in manu & opere
in exemplo & scandalum aliorum. Cum ergo non contemptum in ipsis
est deum (salua reuerentia maiestatis) ignominia afficiat: Dum indignum
de eo sentitur quam sit. Iustum est ut recidat in caput eorum: & indignum
sic scriptis sapiant // & agant quam conueniat. Quod prohdolor plurimi etiam nunc sunt
indigne de deo sentiunt. & audaci immo temeraria assertione statuunt: talis
aut talis est deus. & nemo mei eos tantum glorie deo concedat: ut eius
maiestatem excellentissimam: supra suum iudicium & omnem intellectum constituat
sed ita suum sensum in coelum ponunt: ut eum non differentius neque formi-
dolosius iudicent: quam vilis sutor suum corium. Ita est in deo: in sua
iustitia: in sua misericordia asserentes sic ipsi cogitant. & tamen spiritum
scrutatorem profundorum dei ~~[illegible]~~ sunt: nec aliud tamen quam si pleni & ebrii eo
sint presumunt. hii sunt heretici. Iudei. superbi spiritus. & omnes qui extra
gratiam dei sunt: Nemo enim potest de deo recte sentire: nisi spiritus dei sit in
ipso: sine quo falso currunt & iudicant. siue iustitiam suam [illegible] dei "currunt"
siue super se ipsum: siue super alios. // oportet itaque spiritum dei habere: vero spiritum

Tertie traditionis (que inter ceteras maxima est ignominiosa) Causa est omissio
cognitionis dei. quia non probauerunt deum habere in notitia. Et propter
culpa in varia vitia traditi sunt (id est varia & multa sunt vitia in
que vel quorum aliqua omnes vel aliquos tradidit. Non enim omnes fuerunt
homicide & aliis vitiis implicati. Non enim similiter omnes tradit &
punit deus. etiam si aliquos similes inueniat: Cuius ratio est occultum iudicium eius
& quod unusquisque bona aliquis simul facit aliquis non vel minus. Ne ut obstruatur
os temeritatis: ne quis statim definiat regulas deo suo qua deus quolibet peccatum
aut bonum puniat // puniat // utroque peccatum sit quosdam permittit. & tamen hunc ministrari &
ignoscit; illum induret & damnat. Sicut quosdam bene agere & viuere
& tamen hunc reprobat & punit. illum vero suscipit & coronat.

Plenos iniustitia sit enim grece bz. & non: ingratitudo: est autem in scrip-
turis sanctis. (si verbis seruaretur translationis constructio in hebreo) iniustitie
& ingratitudinis hec differentia. & iniustitia est peccatum incredulitatis siue ab-
stracta iustitia quod ex fide est. Et iustus est qui credit. iniustus qui non credit
deo. i. Marc. vlt. & multis locis. Qui enim non credit: non obedit. Et qui non
obedit. iniustus est. Iudicia enim tota iniustitia & totum peccatum est secundum Ambro. quod
peccatum est in motu celestium mandatorum. Ingratitudo autem dicitur peccatum

operis iustitie: stulto zelo petente: deus. de quo Matt. 7. Discedite a me omnes operarii iniquitatis. in hoc ibid. allegant eorum virtutes in nomine Christi factas. Hec similiter loquendo. Iniquitas est neglecto ad quod teneris: facere quod tibi rectum videtur. Sic equitas est neglecto quod tibi rectum videtur, facere quod debes. Ceterum apud iuristas. Ergo Iniquitas magis relatiuum & comparatiuum accipitur. Sic iustitia vere & iustitie propter comparationem

Malitia est praua affectio mentis: qua inclinatur homo ad ea que mala sunt facienda, a qua bonis acceptis non renouatur: Immo omnibus bonis sine adiu sine ad bona acceptis abutitur ad mala opera. Econtra Bonitas est affectio mentis ad facienda bona: etiam si illata malis impediatur & renouetur. Sed malis vtitur ad bonum. Neque enim illi bonis et spirituali bonitate: qui tamen bona faciunt. Cum diu perseuerant & facto contrarium ei. Et hinc propter bonus fromm, Malus, Böse.

qui non facit pro[pter] timore mundi

Vnde Matt. 7. Non potest arbor bona fructus malos facere nec arbor mala fructus bonos facere. Quod contra eos dicitur stultitiam: qui tempus suos in alienos retinent & bonis. Sicut essent Boni si essent mit bonos Vel dimitterent a malis nec infestarentur. Sic & contra sunt.

Benignitas & malignitas: Benignitas est suauitas & facilitas animi cum aliis: siue beneficentia .i. Affectio mentis ad benefaciendum aliis & remittendum indulgendum: Et est et. affectio & charitas que permanet eadem in se gratos et ingratos: Humana ac vel amicitia & affectio: que permanet donec sua correlatiua manet. & cessat ad ingratos & malos. Matt. 5. Estote ergo perfecti, sicut & pater vester celestis perfectus est, Et Luce 6. Et eritis filii altissimi. quia ipse benignus est super ingratos & malos. Malignitas est sua & assidua affectio ad vindicandum & malefaciendum aliis. Et hec quoque est et vna contraria illi heroice & catholice siue charitati benignitati: que ex prauitate cordis malefacit et gratis & bonis non tamen malis. Et est bestialis malignitas. Altera contraria humane & imperfecte benignitati: que vindicatiua gratis & malefacit tamen ~~offensoribus & ingratis & malis~~ aliis: tamen cessat a benefacientibus sibi. Ex his non mirum Ad Gal. 5. fructus spiritus bonitas benignitas

non cessat etiam a benefactoribus

Nequitia proprie est ea prauitas mentis. Qua cum quis posset proximo benefacere velit malum eius curare: de industria omittit. Ne eius Valiter 6 Aug. li. de ordine exponi dicit & ibid. Et nequitia a nequiendo venit quia qui nequeat facere bonum sit ex malitia. Quod alii ex inuidia: alii ex aliena bonitatis insolentia faciunt.

Incompositi sunt isti inferenti in verbis, gestibus & vestibus qui dissolutissima licentia viuunt & quasi liberati viuunt.

Susurro & detractor eo differunt & detractor alterius famam extinguere; Susurro autem concordias destruere facit: dum aliud huic aliud alteri suggerit. Omnis enim susurro est bilinguis sed non sic detractor. Est

66

C .2. Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas

Iste textus tripliciter exponitur. primo de his qui publicum officium 39
tenent iudicandi. Et auctoritate officii sui eos iudicant et damnant et pu-
niunt: quorum tamen ipsi similes sunt in scelere. Aliter etiam volunt aliqui
hec verba Apostoli in Romanos torquere. ut postquam omnes malefactores
increpabat per totum orbem: in tali et ipsi in scelere idolatrie et
aliis vitiis laborarent: tamen ab Apostolo reprehensi: se superbirent de
statu iudicii: et non timerent nec dolerent de captivitate suorum scelerum

Sed sorte secundum doctrinam et Apostolum non solos Romanos intendere
verum id communem patrum habet sensum magis non sit violentus.
Unde admittendo quod textus Apostoli: non eos qui in potestatibus sunt
constituti possit intelligi asperiorem secundum modum declamationis in
eius scelus. Vehementius sit allegari, cum nostra etate potentes
qui miro furore in alios saevire iudicant subditos: et tamen ipsi non
minora sed multo maiora impune agunt. hec a sua potentia
opinabile renovat et restituat Apostolus? Videmus enim eorum non tamen sunt
mores quod spirituales. plerique sunt superbi: luxuriosi: adulteri: et predones
fures, prohibitionis deo et hominibus. et maiestate bellorum auctores i.
multiplicis homicidii. Et in scelerissimos hec in suis iudicant
Sed quia apud homines iudicem non habent: ideo sunt negligentes. nec
non effugient iudicium dei ut hec dicit Apostolus. Et ut clarius dicam
occasionem quod penam perpetuandi hunc modum et Apostolum allegandi.

Quo autem principes et potentes seculi: sibi servat omnes
fures et volentes. ut tollas eos raptum? Quo iure? Si
hec faceret vulgares aliquis: diceretur fur et raptor et predator diceretur
hic. ut qui conti aufferret: quod suum non esset. Sed quod potentes id
faciunt: fures esse non possunt. An verum et quod simulationem
demodo dicere possumus: principes et potentes. fures quod et rapto-
res non sunt: faciunt tamen ea que fures et latrones faciunt?
Ab initio fuit est eis ingenitum verum primi potentis et Nemroth
robusti Venatoris coram domino, ut principari non possint: nisi et
opprimant et robuste i. violenter incedunt i. rapiunt non sua

Sic b. Aug. li. 4 de civi. dei ait. Quid sunt magna regna: nisi magna Latrocinia Et allegat illud historiam. Quod cum Alexander Magnus captum piratam interrogaret. Quid sibi videretur quod mare infestum haberet. Ille liberrima contumacia: Et quid tibi inquit. quod orbem terrarum infestum habes: Verum ego parva navi hoc facio. Latro vocor. tu vero magna classe. diceris imperator. Nos ergo fratres. quibus opponere valet hoc cum Apostolo ita applicet. Qui strangulant fures stupide puniunt latrones. Et ita videntur ipsi maiores fures: maiores Existimas ergo o homo qui iudicas eos qui talia faciunt et facis ea quia tu effugies iudicium dei?

Similes hiis sunt: qui exactionant populum sine ratione: aut per mutatam et degradatam monetam subditos opprimunt: propter lucrum et avaritiam. Hoc enim quid est aliud quam furari, et rapere aliena? Nemo quidem eos a furto tandem excusabit: qui ex Ecclesiae tributa et iustos pensiones accipiunt. Et tamen populo non reddunt debitum officium protegendo: promovendo: iudicando: quibus solis ornatus est. ad dominandum et divitias querendas ac de [illegible] et habitus glorianda in vanissima ostentatione?

Et Spirituales quoque principes quam intensa acriter: similia sive maiora faciunt. prout scitur fieri in prelatis. Luxuria: Ambitio pompa: Invidia: Avaritia. Gula et universa in eis iniquitas: nullo iudicio digna videntur. quibus ipsi plenissimi sunt. privilegia ac et resignatio minorato: aut pensionum subtractio: quae eis subditis quoque contingunt: plerisque omnibus iudiciis et poenis digna sunt. Quid potius obsecro: non in celum: sed ipsum Orestem [illegible] ex ira mortem aliquam posse cogitare: si viderit Ambitiosum: Avarum luxuriosum [illegible]. Verum sine pro dimidio florum omnibus fulminibus exterioratum fugare? Nonne hic vero septies eum Orestem esse iudicabit. Et ei dicet Existimas o homo qui iudicas eos qui ea faciunt et facis ea: quod tu evades iudicium dei? At hoc nunc sic ita vulgaria ut per multitudinem criminalia putentur. Misera plaga et ira dei super nos habet. Cum in tantas nos plagas ruere volunt. ut videamus tam infelices tempore desolationem et plerumque hostilem vastitatem et priorum ruinam

Secundo dicit: qui privato & interiori iudicio: alios iudicant
& ore etiam quandoque vituperant eos: quibus tamen in omnibus vel saltem similes sunt
Hos impudentes diciung(?): Ut dum superbus superbo detrahit: luxuriosus
luxuriosum vituperat. Avarus avarum mordet. Quia
cum hec impudentia sit adeo manifesta: ut etiam ridicula & stulta
stulte sit. Nimia tamen ceteritate(?) fit: ut plurimi ea peste laborent
Ut alii superbus magis superbum vel magis superbus usque superbum
nunquam avarus avariorem & sic consequenter. Hic certe videretur
aptari sibi hoc verbum. Existimas o homo qui iudicas eos, et
facies eadem tamen ut iudicent. dum suos similes iudicant
ergo ex ore proprio condemnantur. Nolite ergo iudicare ut iudici
Deum scilicet ... ad iudicium super vos ipsos proferatis: dum super alios
ipsum fertis. Sed qui sibi in vera ... Argi(?) at in aliena vitia
Tertio dicit: qui sibi sancti videntur & ut dixi: in alio
privato sunt: quam illo quod iudicant: quia ideo iusti sunt: quia non
faciunt omnia: que alii faciunt. & non potius iniusti sunt: quia alii
que faciunt: quam eorum que alii faciunt. Adeo sua bona que
faciunt elevant: ut sua vitia pro illis videre negligant. De
his presumptionem loquitur Apostolus: quos & difficillimum est docere
& emendare: tamen impudentes non sunt dicendi: quia videant
que aliquibus ipsi carent. & tamen iniustos se esse ignorant sive non advertunt
que faciunt ea: que iudicant. Hos igitur Apostolus ad cognitionem
sui ipsius revocat: & docere parat: quod nullus sine Christo: quam illorum
miserorum sit peccatis: quantumlibet bonus sit. & iudicet illos
ob eam manent in illis: etsi non videat. Sunt quam iudicant
licet non existiment ita esse.

Tria commendat in deo beatissima super peccatores scilicet benignitatem patientiam
longanimitatem. Unde divitias id est multitudinem & magnitudinem benignitatis patientie
& longanimitatis. Divitie benignitatis sunt: abundantia beneficiorum
tam corporalium quam spiritualium. Ut sunt bona corporis & anime: usus & ministerium
totius creature. Custodia angelorum & cetera. Divitie patientie
eius sunt: abundans tolerantia: ingratitudinis pro istis omnibus: ut super
ridentur malorum in multitudine & magnitudine peccatorum: quibus deo
benigne eis facienti (contra eum eos ...) malefaciunt. & mala retribuunt: quia
gloriam eius minuunt. & nomen eius polluunt (id est non sanctificant.)
& omnia que ad deum pertinent prophanant. & blasphemiis exponunt ut ...

Sed melius Aug. c. 8. de spi: & lit: Cum faciunt alii opera legis ad literam sine spiritu: id est timore pene non amore iustitie: voluntate cum aliud vellet: si liceret impune: hoc voluntate rea: quod pro se opera foris in deo sit peccatum voluntas: licet manus iusta videatur: Unde non faciunt que iudicant sed voluntate faciunt: que alii opere faciunt: et ipsi quod opere faceret: si liceret. Et hoc est sedentes sy nagoge & cause id est predicantes ... uestre ... nobis ... aliud iudicare: ... ipsi iudicent

id est sufferentia deo tolerandum sit cum impune ... ... in fine ... dei

Divitiis longanimitatis: superabundans dilatio punitionis super tanta ingratitudine & malicia: insuper et expectatio emendationis illorum: qui indicatur sperare eos meliores. Sed quanto abundantius ista deus impenderit, tanto severius iudicabit: si frustra impenderit. Unde sequitur. Thesaurizas: ~~non ait~~ tibi iram: non ait: demereberis iram: sed thesaurizas i. copiosam & cumulatam iram demereberis. Unde & Valerius Maximus libro primo dixit: tarditatem ~~tarditate~~ supplicii gravitate compensat divina ira.

Ex isto textu colligitur quid sit cor durum scilicet quod contemnit dei benignitatem, patientiam & longanimitatem i. qui recipit multa bona & facit multa mala & tamen non proponit se emendare. Et tales sunt duplices. Primi qui faciunt hoc propter suam concupiscentiam & exteriores ~~voluptates~~ voluptatem. Alii qui propter suum sensum & propriam sapientiam ac voluntatem contrariam in sua stultitia. Ut Iudei, heretici, deformati & singularitatis amatores. Unde b. Bern. i. Consy. Cor durum dicitur quod nec mollitur beneficiis: nec terretur minis: nec corrigitur flagellis: nec movetur promissis etc. Secundi tamen sunt duriores & magis incorrigibiles propter sapientiam & stultitiam suam: quia non intelligunt esse duplicem insipientiam & miseriam. Prover. 26. Vidisti hominem sapientem sibi videri: magis illo spem habebit insipiens.

An ignoras? quoniam benignitas dei te ad penitentiam

Tanta est in peccatore perversitas: ut quicquid ~~deus~~ ei pro bono suo ~~fuit~~ datur ipse ad suum malum abutatur: Econverso tanta est bonitas in Christo & pio homine. ut quod ei ad malum suum datur: ipse ad bonum suum vertatur: Sic impius ignorat quod benignitas dei eum ad penitentiam adducit. Christus autem intelligit quod etiam severitas dei proficiat ei ad salutem. Quia ipse percutit & sanat: mortificat & vivificat

In die irae & revelationis & iusti iudicii dei

Dies novissimus vocatur dies irae & dies misericordie: dies tribulationis & pacis. dies confusionis & glorie. Quia in illo impii punientur & confundentur. Pii autem premiabuntur & glorificabuntur. Sed & isto modo dies spiritualis quo ex lumine fidei in cordibus fidelium est. vocatur dies irae & gratiae: dies salutis & perditionis. Ut Ps. 109 Dominus a dextris tuis confregit in die irae suae reges i. in die & tempore gratiae: quod nunc est. Et Sophon. 1. Vox diei domini amara: tribulabitur ibi fortis (i. potens sive superbus.) Dies irae dies illa: dies tribulationis & angustiae: dies calamitatis & miseriae. dies tenebrarum & caliginis dies ~~nubis~~ nebule & turbinis: dies tube & clangoris super etc.

Quam patientia bonum opus

Tam nota e patientia: ut nullum opus bonum esse possit: si desit patientia 41
Adeo enim perversi e nocivi & iniqui diabolici: ut nullum opus bonum
dimittere possit sine persecutione: per quam tu deus: nimio beneplacito probat
opus bonum & sibi placitum. Igitur Canonice & regulariter hec te Reg 5
decimum Christianum bonum faciunt: & non propter ipsum patiuntur obloquiones
odia & mala aut dampna: tam deum timeant: nondum placuisse opus suum
deo: Quia nondum accesserit probatio & patientia: nec deum deus ipsum approbavit
quod nondum probavit. Non enim accipit nisi quod prius probaverit. Si autem
mox sequitur probatio operis sui: gaudeamus. & deo placere confidamus
cum ex deo ipsum esse credamus. Quemquod enim ex deo est in mundo non
e venisse. Quippe non vingentibus filius non fuerat ad hec supportanda
laturus immo in hunc hominem positus. Sit ergo qui persequentes patiuntur
propter iustitiam. Gaudete & exultate quoniam merces vestra etc.

& donec probare ad mereatur (ex praemissis patientiae) non cognoscitur ex deo esse:

Corol.

Qui querulanter & impatientes sunt: dum suffererentur persecutiones, patenter ostendunt, hoc se opus suscepisse quod non ex deo est. Sed ex tentatione diaboli assumptum. Quia homo propter se facit bonum: ut possit reputari & honorari, propter illud: Quoniam fugit & odit calumniari & diffamari & odiri propter ipsum. Et sic patet evidenter quod non ex charitate & humilitate propter solum deum susceperit. Sed propter se & suam opinionem. Qui enim ex charitate & humilitate propter deum operatur: si exterius laudatur dicit: Propter te o laus non accepi: iam propter te nec persequor: Si vituperatur dicit. Propter te o vituperator non accepi: propter te non omitto. Et sic amore dei inceptum prosequitur feliciter inimicis a dextris & sinistris. Unde dicitur i. patientia perfectum opus habet: q.d. Alia virtus quod bonum opus habet. Sola autem patientia perfectum bonum: si quod nullo vitio infectum: nec amore laudis vel similium inceptum: nec timore vituperii dimissum. Sed amore dei usque in finem perfectum: patientia enim vobis necessaria est ut voluntatem dei facientes reportetis repromissionis. Heb. x.

ex omnibus superbia & amore sui.

Corol.

Unum genitale Ciceronis: scilicet Virtus laudata crescit: destissime calumniatur & redarguitur in lumine dei. Quam Contra dicit Apostolus: Virtus in infirmitate perficitur, i. Bona opera in patientia perfecta fiunt. Cum enim infirmor (inquit) fortior sum. Igitur bonum virtus laudata crescit: ut sit laudum christianorum vero virtus vituperata & pressa crescit: Et laudata (si laus placeat) nihil fit. Ps. 52. deus dissipavit ossa (virtutes) eorum qui hominibus placent confusi sunt: quoniam deus sprevit eos. Si autem virtus bonum laudata crescit quid fiet vituperata? An decrescit. Ita certe ut vertatur in furorem vel desperationem.

Denique & ii: quos super dixerim pati: hic ponit: ex contentione esse: vnde
& ipsi bona fecerint. Sed, quia patris ignorauerint: & contemserint in illis vel
latet: facti sunt incredulitatis veritati: & in contrarium abiere semper: statuentes
ius bona quam sic mala: i. iustitiam in qua placentiam & gloriam apud se &
apud homines querunt. Ideo minatur eis iram & indignationem

Gloriam & honorem :. gloriosum honorem

Gloria (ut b. Aug. sup. Ioh. c. 16.) sicut diffinierunt antiqui latinae linguae
clarissimi auctores: Est frequens de aliquo fama cum laude. Et
Li. 5. cap. 12. Est iudicium bonum de hominibus bene opinantium. Unde &
in Scripturis sanctis saepe claritas & clarificatio dicitur & pro eodem
glorificari & clarificari.   Honor vero secundum Aristot. Est
reverentia alicui exhibita in signum virtutis. Vel Est Reverentia
verbo: opere: signo exhibita alicui propter virtutes eius. Ex quibus patet
differentia honoris & gloriae: quod gloria est de persona ad alios. Honor vero
ab aliis ad vel in personam. Gloria exit & foras exit. Honor assumitur
& intrat. Ergo illa per modum exitus fit ista per modum introitus

Ira & indignatio

Quod sic intelligo: quod sit ira indignationis: sive ira furoris: qua deus irascitur
in corpus & animam Estque ira severitatis: Alioquin & irascitur
sic dicunt: Iratus es & misertus es nobis. Et iterum Cum iratus
fueris: misericordiae recordaberis. Quae est ira benignitatis Et flagellum
patris. Sic orat ps. 6. Domine ne in furore tuo arguas me: id est
Arguas me: quae est ira quam tuam. Sed habe ne in tuo furore infirmes sed
in misericordia: Ut secundum veterem tuo hominem perdas. Ad salutis nouum

Tribulatio & angustia

Ut sit expositio illius. Ira & indignatio. Sed & ista duo simul pro
eodem accipio Ut sit tribulatio non premens sed etiam angustia. i. deinde
non est exitus neque spes exitus: ubi deest consolatio in tribulatione
Saepe & sancti tribulantur sed in ipsa consolantur. Ut ps. 4 In
tribulatione dilatasti mihi   Et 2 Cor. 1 Qui consolatur nos in omni
tribulatione nostra: Hanc enim habent spes & fiduciam in deum. Impii
autem in tribulatione angustiantur: per desperationem: non habentes spem aut
fiduciam in aliquo: quia non in deo: ut possint aliquando liberari. Unde sicut
gaudium est dilatatio cordis etiam in tribulatione: Ita angustia est quaedam
artitudo & constrictio in tribulatione.
Peruertit autem & suos quos deus quaerit in utroque punire versari. Ut ps. 114
Tribulationem & dolorem inveni: angustiam: sic hic habetur: quos et male
ad animam in utrumque animam: non autem in corpus tantum quod est electorum

Lex hoc loco [i. totus cap.]: tota lex Mosi intelligitur: ubi & ceremonialia precepta & Charitatis 42
dei & proximi precipitur. Quo ergo sine lege ista perierunt aut peccaverunt?
Cum sine ista non sit peccatum: nec meritum: ergo nec pena nec premium.
Resp. Apostolus vocat quod sine lege: scilicet tradita vocali precepto: Licet eandem aliter
cognoverunt ut Ro. 2. [i. qui ostenderunt opus legis scriptum in cordibus suis]
Et cum ritus & ceremonias legis Mosi: gentiles non acceperunt nec eis
sunt tradite. unde nec ad eas obligabantur: nec eas omittentes peccaverunt
sicut Iudei: qui eam susceperunt. & per eam pactum cum deo fecerunt. ac
promissionem Christi in ea acceperunt. Acceperunt tamen legem spiri-
tualem: quam ritus & ceremonialis (ultra quod Christum figurabant) moraliter
significabant: que est impressa omnibus s. Iudeis & gentibus. ad quam et
omnes obligantur. Unde dominus Matt. 7. Omnia quecumque vultis: ut faciant
vobis homines: & vos facite illis. Hec est enim Lex & prophete. Erat quoniam
tota lex tradita: nihil aliud est: quam hec lex naturalis: que nulli potest esse
ignota: ac per hoc nullus excusabilis est. Sensus ergo Apostoli est: ut aptius
sive (?) dicatur. Sine lege perierunt (i. sine acceptione legis perierunt (i. non
ideo peccaverunt: quod legem acceperunt quam non servaverunt sicut Iudei: nec ideo
perierunt: quod legem non servaverunt: sed alia causa est: quod eandem legem: quam
non acceperunt: aliter cognoverunt & tamen non custodierunt. Iudeos
sive (?) ex acceptione legis iudicabit. Ut Act. 7. S. Stephanus eis exprobrat
dicens: qui accepistis legem & non custodistis. Sine lege perierunt (i.
traditio & acceptio legis non damnabit eos: ideo sine cognitione legis perierunt
licet non sine lege: que eadem est cum illa nisi quod non est specialiter eis tradita
& in ea colenda & servanda.

Hic queritur: de gentibus: an ex Christum venientes (?) legem tamen secundum conscientiam na-
turaliter implentes: salvati sunt. Cum sine Christo: peccatum originale non tollatur
& sine gratia (etiam si fidem forte habeant) nullum preceptum impleatur: que
per solum Christum donatur. Et quidem Apostolus hic asserere videtur. Gentes natu-
raliter ea que legis sunt fecerint ac faciant. Sed ut sufficienter obviari, quia
Apostolus non dicit: eos legem implere. Sed aliqua & quedam de lege facere
dicit cum ea que legis sunt i. de lege. licet non omnia que legis sunt. & etiam
omnes adhuc sub peccato esse propter alia ut .3. c. 3. que non fecerunt.
Et si placet Apostolum intelligere. & omnia que legis sunt, faciunt. Videtur dicendum
ad primum quod sic. Et cum opponitur de Christo & originali peccato & gratia: Resp.
quia terminus legis impletus est in Christo & datur ei gratia per suum ... ad eandem
per ... est. peccatum enim originale potuit deus dimittere (licet ipsi hoc non ...

Vel sine lege. i. sine notitia legis: sine non data omnino peccato. & lex quod non est, non est ibi omissio peccati. Et lex data: non erat apud gentes

cognouerunt & restitissent) propter similem aliquam operationem erga deum & siue eum
eius quod cognouerant. Nec enim obligabantur ad ceremonialia & christum explicite cognitum
sicut nec iudei quod   Vel potest dici quod omnes egiptii propter singularem
prerogatiuam ministratorum dei: donati sunt lumine & gratia: sufficientes pro isto
statu. eis sicut erat ad salutem. Ut Job. Naaman. Jetro etc.   Mihi
~~autem propterea magis placet secundum Apostolum uelle eos non omnia que legis erant fecisse~~
~~ac sic eciam: et omnes peccatores fuisse & esse~~. Et mihi propterea non placet
quod scilicet non omnia que legis sunt fecerunt. quod vix credo. Et videtur dicere
quod ex natura perpetua cum legem consentiunt etc. id est. Ecce hic dicit quod legem
consentiunt preputium id est gentiles. Et ibidem Si preputium iusticias legis custodiat
nonne preputium illius in circumcisionem reputabitur: Igitur legem
impleuerunt. Quicquid autem defuit eis (in quo non ignorata inuincibiliter excusantur)
sine dubio deus in sufficientem suppleuit: ut per christum futurum perfecerit
Non secus quam fecit in paruulis circumcisis & per se oratis. ac nunc
etc. facit in nostris paruulis

Non enim est Acceptio personarum apud deum

hec in superbiam iudeorum dicit primo: Qui se extollebant de receptione
legis & auditores ac discipulos eius esse iactabant. Unde & indigne
ferebant gentes equari sibi in bonis. & eos gentibus in malis. dum
dixisset. iudeo primum & greco. nec bonis iudei primo & greci. Sed
ista vellent deum agere: ut quod bona sunt solis iudeis conferret. Et
quecumque mala solis gentibus: quia quod ex Abraham semine sunt: statim ex abra
ham meritis similes sunt.   Nam enim iudei sic volunt deum
facere acceptorem personarum. Quorum similitudinem heretici imitantur & omnes
spirituales superbi: Qui presumunt: quod sicut ipsi seipsos pre aliis elegerunt propter suam
religionem vel sapientiam: sibique pre ceteris placent. ita deum quoque elegisse eos
eos. & placentiam in illos habiturum. Non intelligentes quod deus: deus non
nisi eum contemptibilem. & eligentem abiici in domo dei: ac se spreta aliorum
eligentem in eius placentem: eligat ac complaceat   Deum
gentium quoque superbiam preter confodit. Qui timuerunt excusatos: quod ignorant
sine legem ideo non meruisse iram. Respondet quod non: quod quicumque sine le
ge peccauerunt. sic sine lege quoque saluabuntur. Si scilicet legem seruauerint
que est nata & concreata: non data: inuenta non tradita: viua non scripta
Si enim hoc alteri facimus quod volumus nobis fieri: Et nobis volumus non nisi
bona: gloriosa & magna: Enim hoc deo operimus scilicet propria voluntate. iudicium
gloriam: & alia que dei sunt a nobis arrogata in lucifero: 2o & proximis
quos superesse gerimus. Sicut quos & ipsi nobis superiores: Et tunc totam humilitatem

Sic sine lege
peribunt scilicet lege
non facta cum
eis respondendum &
secundum quod non est
eis talis lex
data. Sed alia

Et
Augustinus c. 5. dessium
Lex: Nescio quo
in me loquitur
quod conspectum
incumbens et dici
vetatur

Similiter fecimus operam
in voluntatem ad
etc. moriuntur

impletur. Iterum ergo dicam quod bonus .i. totam perfectionem iustitiae. Quid enim aliud
tota Scriptura docet quam humilitatem? qua nos non solum deo sed omni creaturae sumus
subiecti: ut et nos velimus nobis omnia subiici. Licet perfecte voluntate. tamen
utrumque perfecte (?) faciunt hoc alii: quod sicut ita volumus nobis. in resistenti
ma?/ et summae perfectionis erit. Quid enim bonum et utilius hac pandere doctri-
na? Sed quia raro intelligitur secundum tantam latitudinem. Sed et quia etiam
stultus possunt duo de hominibus tamen: Quaecumque volueritis ut faciant
vobis homines et vos facite illis. Sed nunc tamen sibi peiores: sibi indoctos
sibi ignobiles ut extollat. et vos illos ad hoc pati: patere ergo et tu
ab illis eadem. nisi forte peiores et indoctos et ignobiles negas esse homines

Quicumque sine lege peccaverunt

Cavendum. ne illud: sine lege construatur cum verbo: peccaverunt vel
peribunt. Sed sic intelligatur. Quicumque peccaverunt sine lege (i. lege non cooperante ad peccatum)
non dante eis occasionem ad peccatum; Omnis enim lex dat occasionem
[minor: satisfaciat: voluntas ad legem]
peccandi: nisi assit gratia et voluntas cum sit inclinata contraria: malletque
facere aliud si liceret: licet faciat ad quod lex iubet. Irritatur enim
magis ad peccatum. per interdictum legis: quam adiuvatur: Sic ut poeta. Nitimur
in vetitum semper: cupimusque negata. Sic interdictis crescit aeger aquis
quod licet ingratum est. quod non licet acrius urit. Quod sequitur
fugio: quod fugit ipse sequor. Unde beatus Aug. super lib. de spiritu et litera,
c. 8. Quicumque faciebant quod lex iubebat: non adiuvante spiritu gratiae
timore poenae faciebant: non amore iustitiae. Ac per hoc coram deo: non
erat in voluntate; quod coram hominibus apparebat in opere. potiusque ex
illo rei erant tenebantur. quod eos noverat deus malle (si fieri posset)
impune committere: Tales autem fuisse Iudaeos ex eo manifestum sit
Matt. v. Ubi dicitur Nisi iustitia vestra abundaverit plusquam Scribarum et
Phariseorum etc. Tunc enim dicebat [illegible] non erat peccatum sed occidere est
[illegible] Sed in lege domini voluntas eius; sed haec non dat nisi
gratia per spiritum sanctum. Alioquin fit peccatum per legem occasione accepta
et per eam occidit. Sic 1. Cor. 15. Virtus peccati lex. Stimulus autem
mortis peccatum est. Deo autem gratias: qui dedit nobis victoriam per Ihesum Christum.

Sed factores legis iustificabuntur

hoc secundum Aug. c. 26. de spiritu et litera. dupliciter. primo sic factores legis iustifica-
buntur (i. per iustificationem fient sive creabuntur ut sint factores. quales
ante iustificationem non fuerunt. Secundo et melius. iustificabuntur
i. iusti habebuntur et deputabuntur ut in glosa dictum est. Et satis sequitur ex prae-
denti. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum: Ut si diceres. Quod ergo alii

Sic sine lege peribunt (i. lege non fuit eis occasio ad peccandum & sicut ei nec talis lex data sed alia

Et Aug. c. 5. despicit [illegible] Nescio quo [illegible] compescitur mirandus fit [illegible]

[illegible] fiunt opera [illegible] voluntas [illegible] est mortua

i. coram quod non apparebat in opere: erat in coram deo in voluntate

sunt apud Deum, si non auditores, sed factores. quia iusti erunt i. iustificabuntur i. iusti reputabuntur. Sic ps. 142. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens i. non reputabitur iustus. Et c. 3. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Et hic ps. Ille autem volens se iustificare i. declarare, demonstrare quod esset iustus et excusare a peccato, ut qui instaret: quis esset proximus suus, quem diligere preciperetur. Et multis aliis locis similiter.

Naturaliter ea que Legis sunt faciunt

Hoc quomodo explicet b. Aug. intelligi vide de spiritu et litera c. 26. Primo enim per istos gentes intelligit fideles ex gentibus per gratiam Christi iustificatos, quos putat Apostolum opponere incredulis et superbientibus de lege et iustitia Iudeis. Unde Naturaliter exponit i. ex natura per spiritum gratie Christi instaurata, quia faciebat per prius vitiatam, non quod per eam negata sit gratia, sed potius per gratiam reparata natura. Et ad hanc intelligentiam Apostolus declinat. Secundo dicit posse eos intelligi de iis, qui etsi sit impia vita nec verum Deum colunt, tamen aliqua bona faciunt, unde merito dici possunt facere aliqua legis vel sapere. Et tunc cogitationes eorum defendentes oportet intelligi eas, quibus excusant ut mitius puniantur. Sicut enim non impediunt a vita eterna iustum quedam peccata venialia, sine quibus hec vita non ducitur, sic ad salutem eternam nihil prosunt aliqua bona opera impio, sine quibus difficillime vita cuiuslibet pessimi hominis invenitur. Sed huic repugnat, quod dixerat eos naturaliter facere que legis sunt. Factores autem legis iusti sunt. Ergo non videtur de talibus impiis loqui. Sed nec de primis i. fidelibus in Christo, quia ista expositio: naturaliter, violenta est; nec video quod Apostolus eo verbo uti voluerit, nisi ad occultandum lectori sensum, sicut nunquam alias non ita loquitur. Quare (ut salvo iudicio) medios accipio inter impios gentiles et fideles gentiles: Qui per aliquam bonam operationem erga Deum quantum in ex natura potuerunt, meruerunt gratiam ulterius dirigentem eos. Non quod gratia per tali merito data eis sit, quia tunc non fuisset gratia, sed quia ad eam sese sic preparaverunt. Nisi hoc credatur, quod illud particulariter sit intelligendum, quod dicit Naturaliter ea que legis sunt (i. aliqua) faciunt. Tunc enim planius cum textu et sententia b. Aug. verissima de secundis disputantis. Tunc enim Apostolus eos istos adducit, quod et ipsi legem non servaverint, sed Iudicium enim aliqua opera legis bona fecerunt, propter quod in die iudicii excusabuntur a minore pena; adhuc tamen indigent gratia et misericordia Christi. Tum nec Iudei perierunt quod exteriora legis observaverunt. Utrique ergo sub peccato, quia utrique bona fecerunt: Iudei secundum exteriorem hominem (per literam), Gentiles secundum interiorem propter penam et non voluntatem spiritualem. Et hec mihi placent. Cum hec tota disputatio hic instituta (ut affirmat infra 3. c. dicens: Causati sumus Iudeos et gentes omnes sub peccato esse) sit nihil aliud quam ostensio quod omnes et utrique sunt peccatores et egeant gratia Dei.

Unde ut concordet & saluetur intelligentia: dicendum quod Apostolus dicit opus legis est scriptum in cordibus eorum: Cum tamen propheta dicat hoc fideli populo futuro tempore promittendo: ut non in tabulis lapideis: sed in cordibus eorum scriberet legem suam deus. Videtur namque mihi (salvo iudicio meliori) quod aliud sit: opus legis scribi in cordibus: & aliud: legem scribi in cordibus. Non enim Apostolus voluit dicere sicut & posuit: hoc loco dicere eos habere legem in cordibus suis scriptam: sed opus legis. Unde puto quod legem scribi in cordibus: sit ipsam charitatem diffundi in cordibus per spiritum sanctum: quae proprie est lex Christi: & plenitudo legis Mosi: immo est lex sine lege: sine modo: sine fine: nesciens limitem sed superexcrescens super omnia quae lex praecipit aut praecipere potest. Sed opus legis scribi: sit notitiam operis scribi (id est legem literalem de opere faciendo: non autem gratiam ad faciendum quare adhuc eos in litera occidente fuisse necesse est: quia non plus quam opus legis scriptum habuerunt in cordibus suis.

Ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis

Per quid ostendunt? primo aliis: per hoc quod faciunt ea quae legis sunt. Secundo etiam sibi met: & iudicio communi: per hoc: quod conscientia eorum testificatur eis de seipsis: Quid autem testificatur? Sed sicut bonum reddens testimonium de benefactis: & hoc faciunt cogitationes excusantes defendentesque: Malum autem reddens testimonium de malefactis: quod faciunt cogitationes accusantes & conscientiam remordentes. quod ex hoc arguitur quod ignorantiam legis non habuerunt. Sed scientiam boni & mali: quia dum mordentur: videntur se male fecisse: et Non autem mordentur: si malum non agnoscerent: quod fecerint. Sicut autem ipsi apud seipsos a seipsis testificante conscientia: & cogitationibus accusantibus aut defendentibus: diiudicantur: ita eisdem testibus: etiam a deo diiudicabuntur. Non enim sicut iudicant: secundum aliorum de se iudicia & verba: laudando vel vituperando: sed secundum internas suas cogitationes. quae tam sunt intra: ut animam ab ipsis fugere & declinare non possit. sed neque eas compescere. Sic potest iudicia & verba hominum: Ideo & deus secundum easdem omnes iudicabit: & revelabit intima nostra: ita ut introrsus & interius fugiendi non sit locus sed nuda erunt omnibus & aperta: Ut si diceret deus: Ecce ego te non iudico sed tuo de te iudicio assentior & confirmo: cum aliter tempore de te non possis iudicare: ideo neque ego. Ergo tuis testibus cogitationibus & conscientia: dignus eris vel caelo vel inferno. Sic dicit Ex verbis tuis iustificaberis & ex verbis tuis condemnaberis: Quod si ex verbis: multo magis ex cogitationibus quae sunt intimiores & certiores testes.

Et inter se invicem cogitationibus accusantibus aut excusantibus

Certe ex nostra conscientia non nisi accusantes habemus cogitationes: Cum coram
deo (nisi ipse in nobis per gratiam suam operetur) nostra opera nihil sint. Quis enim cum
nobis facile sit excusare nos: quia et facile nobis placemus. Sed quomodo hoc possit
nisi quod ex corpore continuemur legem nostram? Ideo enim sic erunt cogitationes pla-
centes quod bonum fecimus et malum omisimus: Sed nondum deo satisfecimus aut
legem totam implevimus. Unde ergo accipiemus defendentes? Non
nisi a Christo et in Christo. Cor enim credentis in Christum si reprehenderit eum et accu-
saverit eum contra eum testificans de malo opere. Mox avertit se et ad Christum conver-
tit dicitque: hic autem satisfecit. hic iustus est. hic mea defensio: hic pro me mortuus
est. hic suam iustitiam meam fecit: et meum peccatum suum fecit. Et si peccatum meum
suum fecit, iam ego illud non habeo. et sum liber. Si autem iustitiam suam meam
fecit, iam iustus ego sum eadem iustitia qua ille. Peccatum autem meum illum non potest
absorbere. Sed absorbetur in abysso iustitiae eius infinita: Cum sit ipse deus benedictus
in secula. Ac sic deus maior est corde nostro. Maior est defensor quam accusator etiam
in infinitum: deus defensor. cor accusator: Quae proportio? Sic sic etiam dic
Quis accusabit adversus electos dei? quasi dicat Nullus. Quare? Quia deus est qui iustificat.
Quis est qui condemnet? Nullus. Quare? quia Christus Iesus est (qui et deus est) qui
mortuus est. immo qui et resurrexit etc. Si ergo deus pro nobis: quis contra nos?

Qui alium doces: teipsum non doces

Quomodo potest hoc fieri: Ut doceat et non ipse prius sciat: neccum doceatur? Oportet
enim docentem scire et doctum esse prius quam alios docet. Sed Apostolus ex hoc
aperte indicat se de spirituali doctrina et eruditione legis loqui: qua seipsos
non erudiunt: qui alios literaliter docent. Non docent enim seipsos sicut
alios: quod voluntate et puritate cordis sint opera legis facienda: ac per hoc
cum iam nobilior: maior: et deo gratior portio hominis (id est cor et volun-
tas) non assit operi: certe coram deo nequaquam legem implent. Similibus valent
portione id est corporis: invita et non spontanea voluntate in lege exercent.
Et ita puniuntur in spiritu: Qui predicas non furandum furaris. Qui dicis non
moechandum moecharis: ita etc quia dicis non occidendum occidis ut patet
in Christi occisione etc. In eundem sensum: dicit Matth. 23. Super
cathedram Mosi sederunt scribae et pharisaei: Quaecunque ergo dixerint vobis
facite. secundum opera vero eorum nolite facere: Dicunt enim et non faciunt: Quod
hoc verum est intelligendum: Cum foris apparerent hominibus iusti: ut etc dicit
ipse dixit in eodem c. Quod non sine operibus iustitiae fuerint esse credendum est? Quare ergo
secundum opera eorum non debent facere quae bona apparent: nisi quia non debent sic
ipsi: tantum ad speciem et literam servare: sine corde (id est contrario corde) sicut hi
fecerunt: Sic dicunt enim (id est docent) secundum legem et eam recitant: sic est scripta
in quo non arguuntur: Sed nec Apostolus hoc loco non arguit eos quod alios do-
cent legem sed quod non faciunt: facere autem eam: quam docent legem: non possunt

nisi et laetari et parata voluntate cum faciant, i. circumcisa corde ab omnibus vitiis
ut non solum opere faciant aut non faciant. Sed ex voluntate et corde faciant
aut non faciant (i. puri sint ab operibus malis ex cupiditate cordis non tantum
perfectione operis. Et prompti sint ad opera bona ex hilaritate animi non tantum
munditia corporis. Hic ergo docent quod verbis et sermone legem, sed non cum faciunt
neque perficiunt. faciunt neque corde, perficiunt vero manu. Quare ex
eo sequitur. Quia alligant onera importabilia super humeros hominum, ipsi autem
digito suo nolunt ea movere. Ista onera sunt legis praecepta, quae
semper dixit ut faceret. Sed per eorum litteralem expositionem fiunt importabilia, quia
tamen occidunt et non vivificant. Quia tamen docent quod lex opere tantum sit
implenda, et sine impletione cordis, nec ostendunt ubi aut unde ista
plenitudo legis quaerenda sit, relinquunt eos in impossibili. Quia nusquam implere
possunt illa, dum corde non implent. Sed nec ipsi digito eadem praecepta mo-
vent (i. nec ipsi minimo saltem cordis conatu eadem aggrediuntur, sed solo
externo opere. Et hinc fiunt vanegloriosi ut sequitur. Omnia vero opera sua
faciunt ut videantur ab hominibus. Ecce hic dicit quod operentur. Et tamen superius quod
nec digito admoveant, quia circa … cordis tamen quod operantur externus ad
quae opera sequuntur … … Sed neque nec digito. Et hoc opera eorum
superius dixit non … : tamen hic bona futura. Sed non bene bona
sunt. Ex … faciunt hoc loco et in
Apostolo … : furari : occidere : … : pro …
… : quia … : … dicitur recte … facere
ut … nolo … perficere autem non invenio ut … dicitur
Unde ipsi haec verba non intelligunt: nec putant se tales esse. Sicut
act. 5. dixerunt (se non occidisse christum putantes quia non opere occidisse.) et
vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. Et … cum … Stephanus
… eis imposuisset … homicidas esse … homines iusti … stridebant dentibus
in eum. Quoniam et pater 30 Vocantur mulier adultera (i. synagoga cor-
de iniquitati et corpore iustitiae … adhaerens) Quae comedit (i. christum devorant
occidendo) et tergens os suum (i. excusans se in peccato) dicit. Non sum ope-
rata malum. Cum ergo hi (ut dixi) verba Apostoli non intelligunt
nec putent se tales esse: quia … non faciendo et faciunt: ideo Apostolus
adhuc amplius se in spiritu et de facere spirituali legem ostendens per …
de circumcisione quod … est et clarissime … Non enim qui in
manifesto Iudaeus … quae in carne: circumcisio est. Et … per litteram
et circumcisionem legis praevaricator es. per Litteram … ergo …
in spiritu legem non secundum litteram. Litteram enim … : quam in spiritu
… se esse volunt ostendere. ut intelligerent quod eos oportet facere …

At dicit quispiam. Ista vero cordis circumcisio: non fit nisi per gratiam: Natura enim
omnis hominis: prona ad malum: infirma ad bonum: potius: legis ad bonum cogentis
& malum prohibentis: abominatur quod diligat: vel ex se ipsa: non habens voluntatem in
lege sed desperationem tantum. At sic quod manet in incapacitate mala contra legis ple-
na concupiscentiis externis foris timore pene coercita. Vel amore temporalium
allecta operetur. Nisi desuper dirigatur. Non enim est vox naturae aut
veteris hominis: Legem autem tuam dilexi: iniquos autem odio habui. Vel illud
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Et illud Desidera-
bilia super aurum & lapidem preciosum multum: Dulciora super mel & favum
Sed novi & spiritualis hominis est. Etenim servus tuus dilexit ea
Si ergo per gratiam haec fiunt. Cur eos accusat & arguit Apostolus immo & Christus
ostendens. Licet in totum negotium Apostoli & Dei eius: ut surdos audire faciat & ad
huius rei agnitionem perducat & gratia eos indigere doceat: desiderium superbiam
destruat: et humilitatem Christi requirat: ut tandem si confitentur ac se cognoscant
perficiant & salvi fiant. Ut infra concludit ipse. Conclusit deus omnes sub
peccato: ut omnium misereatur. Ipsi vero noluerunt haec audire & suscipere
hec & cum hodie vocem eius audirent (ut Psalmo 94) obduraverunt corda sua: ideo
non cognoverunt vias Dei: nec introibunt in requiem eius
Illud enim non cognoverunt: intelligitur scilicet noluerunt cognoscere. Sic
dicitur: isti non fecerunt scilicet quod debebant facere non fecerunt. Ideo non
est excusatio sed maior accusatio. quod non cognoverunt: quia deberent cognoscere
& non cognoverunt. Sic Ro. 9. Non omnes obediunt evangelio. i. nolunt
obedire: sicut tamen deberent.

Qui abominaris Idola

Sacrilegium facis

Sacrilegium est spolium & furtum de sacro: Quod fit dupliciter fieri
primo cor proprium & aliorum auferentes a veritate & spiritu. & in suum
sensum transferentes. Secundo magis proprie ad propositum scilicet Litteras &
verba non solum sacre sed sacratissime scripture auferentes. & in suum
sensum detorquentes. & sic idolum spirituale ex ipsa conflantes &
sculpentes. Sicut dicitur Ezech. 16. Et tulisti vasa decoris tui de auro meo
atque argento meo: & fecisti tibi imagines masculinas. Sacrilegium ergo
est quod tollit aurum & argentum: scilicet qui temere assumit verba scripture. Sed
prior idolatria. quia ex ipsis sibi facit idola & imagines scilicet notiones & sen-
sus vel privatas intelligentias quas ponit in templo cordis sui. Quare
ad litteram abominatur idola: in spiritu vero non solum amplexatur sed
etiam format sibi ut Osee 8. Aurum suum & argentum suum fecerunt sibi idola ut
interirent; (eiusdem 6. Galaad civitas operantium ~~[illegible]~~ idolum scilicet falsorum & van-
arum doctrinarum.) Sacrilegium autem maxime tenet: quia non tantum peccatum est: errorem
fingere: quam in scripturis sensum validum statuere scilicet sacra auferre
et etiam simpliciter: Ut & praesumptuosa: intelligi sic scilicet Sacrilegium facis: si non opere in volun-

Si ergo iustitias legis preputium custodiat etc.

De preputio hic loquitur in Christum credente, quod opponit Iudeis de sua iustitia superbientibus. Alioquin iustitias legis non custodiret: sed tamen ex hoc quod non ... Alter sed credens. Hoc preputium condemnabit Iudeum: facit destructionem ... Non enim qui in manifesto etc. Si in manifesto Iudeus est qui iudicabitur a preputio: non ergo preputium est Iudeus in manifesto. ac per hoc est in abscondito sed per fidem Christi. ~~Quis enim homo~~ alioquin non iudicaret Iudeum.

Non enim qui in manifesto Iudeus est

Constrictio sic. Non qui in manifesto: (scilicet Iudeus sive iste) Iudeus est. Neque que in manifesto: circumcisio est: ista circumcisio est. Sed qui in abscondito Iudeus est: iste Iudeus est: & Circumcisio cordis ipsa est circumcisio: in spiritu non litera. Quod exponit quod supra dixit. Circumcisio tua preputium facta est. ... Circumcisio in manifesto non est circumcisio coram deo.

Cuius Laus non ex hominibus sed ex deo est

Hoc est quod dominus Matth. 23. de hypocritis illis dicit. Omnia opera sua faciunt: ut videantur ab hominibus. Quia iustitie exterioris laus est ab hominibus sed vituperium a deo. Iustitie vero interioris laus est ex deo: sed vituperium & persecutio ab hominibus. Quia & hec apparet hominibus esse stulta immo iniusta: & illa est apud deum stulta immo duplex iniustitia. Unde Quicunque nondum cessat laudibus bonis delectari: periculosus est in suis operibus utrinque: vituperium & persecutionem nondum attigit perfectam iustitiam. Si quo vadit supra. supra vim: secundum patientiam bonorum operum

Capitulum Secundum

Quid ergo amplius Iudeo est? aut que utilitas circumcisionis?

Quia condemnaverat Iudeos per carnem & circumcisionem in carne & videbatur eam inutilem reputare & frustra impositam asserere, quod non est: ideo in hoc c. ostendit ad quid utilis fuerit ipsa & Iudaismus. Maxima vero illa est utilitas, quod Credita sunt eloquia dei, i. ad hoc fuit
1. utilis circumcisio: quia credebantur in ipsa dei promissiones ac per hoc expectabant & hoc Iudeis fuit amplius quam gentibus: quibus nihil deus promisit. Sed pura misericordia in sue plenitudine eas Iudeis equare dignatus est. Iudeis autem non solum misericors Sed & verax fuit, quia misericordiam promissam exhibuit. Unde ista duo frequenter in Scrip. coniunguntur misericordia & veritas. Ro. 15. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei: ad confirmandas promissiones patrum. Gentes vero super misericordia honorificare deum etc.

Et nota quod non sunt credita sed ab illis eloquia dei: sed ut grec. hz. Credita sunt eloquia dei, non exprimens a quibus: quia statim obiectio erat parata cum sequitur: Quod non ab omnibus credita sunt. Est ergo sensus hic: proprium est quod Circumcisio profuit non solum sibi Sed toti mundo: quod in ipsa sunt credita eloquia dei, i. Christi quem crederent eloquiis dei: & sic suscepta est promissio misericordie & gratie dei nunc ex gentibus etiam. Quia si non fuissent ibi credita: nusquam fuissent credita ac per hoc nec promissio misericordie accepta. Ergo omni modo fuit utilis: ad dispensationem futuram: licet ipsi non desideraverint.

Tunc sequitur obiectio. Quod non sunt credita ibi eloquia dei: quia non crediderunt omnes. Ergo Circumcisio & Iudeis non fuit amplius: neque utilis fuit: Respondet. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Numquid incredulitas illorum fidem dei evacuabit? i. Cum sint credita ibi eloquia dei: certe iam stat promissio: qua deus se obligavit: & quia verax est: exhibenda expectatur. Si autem stat promissio propter aliorum credulitatem: Nullo modo quorundam incredulitas evacuare poterit fidelitatem & veritatem dei. Ergo Circumcisio mirabiliter profuit. quia per eam promissio dei recepta est & firmata: unde certissime: propter veritatem dei: expectatur impleri. Sic Ioh. 4. Salus ex Iudeis est. licet Iudei ex non sunt ipsi salvi: plus enim deus respicit veritatem suam in promissione propter paucorum credulitatem: quam multitudinem incredulorum. Ut irritam faciat suam promissionem: quia non mentitur deus sed est verax.

2. Vel potest intelligi de eloquiis evangelii, sed quod primo Iudeis oportuit verbum annunciari act. 13 propter promissionem dei. Et sic a Iudeis etiam ad gentes pervenit. Ideo Circumcisio mire fuit utilis. quod ipsa suscepta digna fuit legem evangelii: ut & gentes postea fierent principes. Hoc ergo fuit amplius Iudei. quod non ipsi a gentibus Sed gentes ab ipsis acceperunt eloquia dei. Utrum melior hec est prior sententia. Quod si de eloquiis evangelii dicatur: tunc non solum amplius est Iudeo quod sunt eloquia sed etiam & dona & gratie. fuit in eis fuerit: nam Apostoli ut principes & summa & nobilior pars ecclesie ex eis

Iudaeus est. Non ideo Iudaeo aut circumcisioni nihil amplius est, quod
quidam non crediderunt. Sufficit quod aliqui crediderunt: per quos enim [illegible]
tum promissio impleta est & suscepta. Et sic in illis amplius est: quod eloquia
pro gentibus habuerunt. Sic infra c. 9. Non quod exciderit verbum dei
(i. promissio) sed quod multi non crediderunt: Ex hoc enim videtur repulisse
plebem suam: & non implesse promissa. ergo non sunt credita eloquia: ac
per hoc nihil amplius habet Iudaeus quam gentilis. Verum eorum incredu-
litas non evacuabit fidem dei. (i. non erat causa: propter quam deum debeat
deus non esse veracem: quod non repulit plebem suam quam praescivit. Quia
nec omnis est plebs eius: qui de carne sunt. sed qui de promissione sunt
his enim implevit: quod & his solis promisit. Construamus atque sic

primum quidem (i. Semper vel maxime) Quia credita sunt illis eloquia
dei (i. promissiones in lege Christi venture erant: quod utique gentibus non est concessum
Unde Ro. 15. c. Dicit Christum Iudaeis Ministrum veracem: gentibus [illegible]. Christum
exhibuit Quia non gentibus sed Iudaeis eum promisit: apud quos eloquia
eius suscepta sunt per fidem. Si autem obiicis. Si circumcisioni promisit
sive credita sunt eius eloquia apud ipsos: deus debuit ergo etiam eis exhibere!! Cum
ut quamquam de circumcisione sint: eum respuerunt: alioquin non vi-
deretur servare promissionem suam ac per hoc nec fidem nec veritatem. // Sed nunc
contrarium est. Quia circumcisio non solum non est [illegible]: sed etiam aliis [illegible]
est exhibita. Nam maior pars circumcisionis non est [illegible]. Respondet. Quid
enim si quidam illorum non crediderunt (i. non receperunt fidem & promissionem) Quia
non est culpa nisi eorum qui exhibitam recipere noluerunt. Non enim hoc impedit
quin deus verax sit: & Non deus sic promisit: aut eloquia sua sic cre-
dita sunt!! ut nunc esset sive nollent sive vellent: promissionem exhiberetur
Quia tunc Veritas sive fidelitas dei: non posset impleri: nisi eius & divinitatis(?)
& voluntatibus eorum conferret. quod est absurdum. Nec incredulitas illorum non
evacuabit fidem dei (i. quod illi de circumcisione noluerunt eam recipere: non
in illis qui de circumcisione sunt promiserat. non debet ~~[illegible]~~ arguere. quod deus
non sit verax. Sufficit quod circumcisioni id est aliquibus & non omnibus sed electis
impleverit. deus enim non potest mentiri. Unde sequitur Est autem deus verax.

Si autem adhuc instes: Quomodo sit: Tu certum est quod promisit Iudaeis
sive circumcisioni: non autem gentibus: ergo si verax ~~[illegible]~~ est: debuit illis
omnibus observare: Aut cur promisit ~~illis~~ circumcisioni: quod sciebat. si non da-
turum eis propter eorum incredulitatem? Ad hoc Respondet Ro. 9 & 11 c. hoc enim
bene tractat: ut nunc a proposito recedat. Sed quod non omnes qui filii Abrahae sunt promissionis [illegible]
sed electi & filii ~~[illegible]~~ dei de circumcisione assumendi

[Left margin:] Circumcisioni

[Right margin:] // promissio

[Right margin:] // Unde nec promissio(?) facta est illis quia verax est & stetit(?) ac per hoc: nihil amplius habet Iudaeus nec credita sunt eloquia

[Right margin:] Et faceret veritatem sive fidem dei ex humano arbitrio vel potestate illorum(?) nec legisse(?) & voluntate recipere: Verax esse deus.

Est

Grecus hic: Esto sinum. Sit autem Deus verax: in quo non tantum veritas dei quam
confessio veritatis dei exprimitur. ut sit sensus. Iustum est ut constan-
ter omnes et concedatur ab omnibus quod deus sit verax. Sit ergo verax
[illegible] habeaturque fidelis in suis eloquiis contumeliosis illi non credant
& ut sit mendacium arripiendum sit. probatur ex auctoritate quam allegat. Ut
iustificeris. Et hic ita: constanter omnes: palam fiat conuertas: quod tu iustus &
verax es in sermonibus tuis: contumeliosis cum pugnent incredulis. Et vincas
sic ut condemnent te in sermonibus tuis

Aliud sequitur est dicere: Deum simpliciter iustificari: et Deum
sic in sermonibus suis vel operibus iustificari: Sic etiam Deum iudicari
et in sermonibus iudicari. Item: Deum vincere. et in sermonibus
suis vincere. Nec iustificari Deus in seipso a nullo potest: cum sit ipsa
iustitia. Sic neque iudicari: cum sit ipse eterna lex et iudicium ac veritas
Sed et vincit in seipso omnia: nec opus est hoc ei optare et fieri. Sic
et voluntas eius petitur fieri: cum tamen non possit impediri.

Sed tunc iustificatur Deus in sermonibus suis: cum sermo eius a nobis
iustus et verax reputatur et suscipitur: quod fit per fidem in eloquium eius
Tunc autem iudicatur in sermonibus suis: cum sermo eius ut falsus et
mendax reputatur: quod fit per incredulitatem et superbiam mentis cordis
nostri. Ut hic. Verbo recreant. Sapientia enim nostra: non solum verbo dei
non credit neque subiicitur. Sed etiam verba dei non esse putat: sed sua
verba dei esse credit: et veracem esse presumit. Sic Iudeorum et here-
ticorum et omnium contumaciorum hominum est in ipsa. Sed et vincit
in sermonibus: cum sermo eius prevalet omnibus contra eum contendentibus.
sicut fides est in christo quod per triumphat et triumphavit. Veritas
enim super omnia vincit. Iustificatur ergo in iis: qui humiliato
sensu suo cedunt: et huic credunt. Vincit autem in iis qui destru-
untur et iudicant ipsum et condemnant. Illos est signum positum in re-
surrectionem: istos in ruinam et signum cui contradicitur: Iudicant sed
frustra. Eodem modo et voluntas dei petitur fieri. Ut
ut verbum eius et consequenter opus eius sicut prius sine adversum no-
stro beneplacito et voluntati suscipiatur. Ergo impleto hoc voluntate

Coroll. est potius impleta nostra voluntate petita sicut ut nos orbis: quod deus velit
difficilia sunt et ardua et quam passim nostrae voluntati longe excedunt
deus vult. Sic etiam iustificatio dei in sermonibus suis potius nostri est
iustificatio: Et iudicatio sive condemnatio eius: nostri potius est. Item aliud
qui hic non crediderit: condemnabitur

Est itaque sensus: Numquid ideo deus non est verax: quia illi non crediderunt. i.e. quia viderunt eum in eloquiis & sermonibus suis: ut mendacem videntur facere et sperant ut veraces? Absit. Immo eo magis est verax. & illi mendaces. Quia veritas tunc magis vincit, cum impugnatur: excelsior fit in eos. Quia veritas ... deprimitur. Et natura eius est: ut efficiatur: dum ei resistitur: ut figuratum est in exitu Israel & submersione pharaonis. Ideo dicit. Deus itaque verax. Et homo mendax: quod sic futurum esse. Scriptum est. Ut iustificeris in sermonibus tuis. i.e. fiat. ut verax habearis. & omnes mendaces ostendas. Vel iustificando. Vel vincendo. iustificando scilicet pios & credentes. Vincendo autem iudicando & incredulos: Et per hoc soluta est obiectio. Ubi potuit obici & dici

Videtur quod nihil utilis fuerit circumcisio: neque eloquia credita profuerint illis quia <u>plurimi</u> illorum nihilominus non sunt conversi: Ex quo oriebatur suspicio

suspicio vel eos deus apparet

corollarium: quod deus non impleverit promissa sua: quia circumcisio per maiorem partem non apprehendit. Vel sequeretur: quod finem sapiat: quod dicant deum non implevisse & ipsi mendaces itaque vel deus: Huic sane sequele respondet Apostolus. Quid enim si quidam non crediderunt. Et ideo non inutilis fuit circumcisio. quia illi non crediderunt: quia nihilominus deus implevit circumcisionem promissa sua Nec propter eos fides dei evacuatur. Immo potius ipsi per hoc mendaces ostenduntur: Cum deus sit verax. & homo mendax. Quia vincit cum ab eis iudicatur. Numquid ergo incredulitas illorum fidem dei evacuabit? i.e. numquid non sequitur quod quia illi non receperunt promissa: ergo nulla omnino est promissio: Ut sic in nullo iudaei amplius habeant gentilibus? Hoc enim si sic esset: quod ideo non prodesset. Vel non habent eloquia credita. quia plurimi non crediderunt: sequeretur omnino: quod deus in promissis suis mendax esset quia promisit illis populo. Sequela autem est absurda & falsa: quia (ut infra c. 9 & clarius hoc sumus tangent) non quia filii carnis hii semen sunt Abrahe potius illi ergo intelliguntur quod non crediderunt quibus deus quod promisit & implevit. licet non in omnibus: tamen in omnibus filiis promissionis

~~Est autem deus~~ Ut dicit

Ista Auctoritas hic non debet accipi: ~~nisi tamen~~ absolute secundum sensum & coherentiam licet in suo loco sit per se. Sed solum ut per dictum preatorum adducta quod deus sit verax in suis sermonibus. Alia enim alio respectu posita est Quod tamen Apostolus non omittit. Sed obiter & incidenter ex eadem desumpsit sensum suum Quod in psalmo ponitur. Quod. Si autem iniquitas nostra ... ubi cum ponitur ut deus iustificetur per confessionem peccati nostri. Quia licet sit in se iustus & verax: tamen non in nobis. donec confessi dicimus Tibi soli peccavi. tunc enim agnoscitur solus iustus Et sic in nobis quod sit iustus

Alii ut sic [illegible] et omnis [illegible] opposita [illegible] posita magis elucescunt [illegible]
Si Apostolus omnem negat [illegible] dei iustitia non iniustitia [illegible] ille non. [illegible]

Si autem iniquitas

Aliqui dicunt iustitiam dei commendari per nostram iniustitiam: dum eam punit quia tunc appet ipse iustus: quem iniustos non punit esse insipientes. Et vera est ista sententia. Sed nihil ad propositum Apostoli in hoc loco. Qui potius negat dei iustitiam per nostram iniustitiam commendari: vel si affirmat: sicut Psalmi psalmum affirmat. Quia dicit Tibi soli peccavi etc. Sed ac non intendat ut peccatum nostrum iustificaret deum. Sed confessio et agnitio humilians seipsum iniustum quem sic iustum ostendit ac per hoc deo iustitiam dirigat. quia solus est iustitia bonitas et veritas et sapientia et omne bonum. Ecce qui abnegat humilis a se iustitiam et peccatum se coram deo fatetur: utique deum glorificat quod solus sit iustus et verax. Non iniustitia nostra: quia sic obest dei et glorie suis hostis: sed agnitio et confessio iniustitiae nostrae glorificat et commendat: quia utique et salutarem probat iustitiam.

(margin: quia non loquitur de iustitia dei qua ipse iustus est)

Sic Non hic loquitur de iustitia qua ipse iustus est: Sed qua nos iustificat per illam cum nostra iniustitia: si facta fuerit nostra (id est agnita et confessa) commendat: nos enim humiliat et deo offerunt: eiusque iustitiam postulat: qua accepta deum largitorem glorificamus laudamus amamus. Ubi contra iustitia nostra extollit immo tollit ac negat iustitiam dei: ac mendacem et fictum arguit deum sicut verbis dei resistimus nec iustitiam eius necessariam reputamus et nostram sufficere credimus. Dicendum ergo est Tibi soli peccavi ut iustificeris. (id est tua laude et gloria solus iustus et iustificator noster habearis) in sermonibus tuis (id est sicut promisisti et testatus es

(margin: et sic respondet iustificat illos cum [illegible] iniustitiam)

Si enim veritas dei

hoc est si sic intelligendum est quod veritas dei sit glorificata dum ego mentior et iustitia dei glorificata dum ego iniustitiam facio (sicut dicitur est enim sicut [illegible] dicere. Et sic illi intellexerunt qui dixerunt faciamus bonum) quid ergo deus punit iniustos et me peccatorem damnat: immo potius coronare deberet. // Ergo per istam glossam Apostolus potius prohibet sic intelligere. Et non sunt verba sua sed sicut [illegible] Sed ut dictum est de iustitia et iniustitia. et non alio iustitia dei commendatur quod ego iniustitiam facio. immo quod agnosco me iniustitiam fecisse. et ipsum facere. et sic iustitiam dei sicut quod ex deo est amplector: cum ex iustitia mea apud illum sunt iniustitiae. unde non gloriam sed ignominiam habeo apud deum. Ac facto id est sic dei iustitia qua ipse me iustificat. solus ipse glorificatur. quia solus iustificator (id est iustus est agnoscitur.) Ita et de veritate dei. quod non ideo veritas dei glorificatur: quia mentior. Sed quia agnosco quod sum mendax et ipse est mendax. dum veritatem quod ex deo est amplector ut per illam et nunc per eam verax efficiar. Ut sic cesset gloriatio mea in me. sed deus solus glorificatur in me. qui solus verificavit me. sicut veracem fecit. Cum ex veritas mea coram ipso sit mendacium

(margin: // et eius iustitiam et veritas ut gloria sic magis resisteret ipsa tamen [illegible] Et in nullo collet facto vel [illegible] //)

pt Ex Aplo: Quo si allegat ... ut iustificeris ... in iustitiam ... veritate dei ex ipsa gloriam(?)

Id at(?) ... de veritate & mendacio: de iustitia & iniustitia hic dictum est de omnibus aliis perfectionibus in suis contrariis accipi debet. Ut de virtute & infirmitate, de sapientia & stultitia: de innocentia & peccato: &c. Quia 49 super his omnibus prima est controversia: inter deum & superbos homines. Erit(?) ... Luther(?)
Deum deus: ipse & omnis. Velut mendaces, iniustos, insipientes, infirmos peccatores: ... cupit sua veritate, iustitia, sapientia, virtute, innocentia veraces, iustos, sapientes, fortes, innocentes efficere ac sic de mendacio iniustitia: insipientia: infirmitate, peccato liberare: ut glorificetur & commendetur sua veritas, iustitia, sapientia, virtus: innocentia in illis & ab illis. Sed isti superbi: velut iam veraces: iusti: sapientes: fortes: innocentes ex semetipsis ac suis viribus propriis, nolunt ab eo commendari deo: ac per hoc eum iudicant & mendacem, iniustum, insipientem, infirmum, peccatorem fieri: sicut in eis est. Quia suam statuunt veritatem, iustitiam, sapientiam, ~~infirmitatem~~ virtutem, innocentiam. Et mendaces, iniusti, insipientes, infirmi, peccatores nolunt haberi. Ait ergo deus aut illi ... mentiuntur: iusti sint: infirmi sint(?)

Et est simile sicut Medicus volens sanare egrotum: invenit hominem qui neget se egrotum esse: & stultum proclamat medicum & peius egrotum quam ipse sit: utpote qui sanum hominem presumat curare. Per hoc ergo resistentem medicus non potest precari(?) ad commendationem sue artis & medicine. Promoveret ac si ille egrotus, confessus egritudinem, sineret eum mederi. Et diceret. Vere ego sum egrotus: ut tu laudaris [sapiens sis & dicaris] si in me sanaveris. — Ut prius(?)

Ita isti impii & superbi: cum sint egroti coram deo: sibi ipsis sanissimi videntur. Ideo deum medicum non solum repellunt, sed stultum & mendacem ac peius egrotum putant. Ut pote qui eos sanissimos sanare presumat: qui sunt egroti. Non at deum ipsum absolute sic arguunt in sua essentia. (Quem hoc nulla creatura imo nulla malicia potest facere) sed in suis sermonibus. Unde pulchre addidit. Ut iustificeris in sermonibus tuis. Sermones enim dei ab ipso ad nos missi: qui non sunt dei: stulti: mendaces & insipientes reputantur. Per sermones enim suos eos curare instituit. At illi se egrotos negantes, stultum & peius egrotum illum reputantes si resistunt, condemnant, iudicant, redarguunt. Sed frustra. Quia vincunt in sic iudicatur. sicut deus vincit in suis omnibus sermonibus in ab eis iudicatur in illis. Per hoc enim quod repellunt eum, manifeste fit quod stultum & insipientem, infirmum reputant: cum ipsi prestantur se non esse sapientiam, virtutem & veritatem amare quod dicunt. Nemo ... sapiens ... quos nos insipientes ... sunt? imo insipiens. qui nos sapientiam ... & ... sic de aliis omnibus

Ut loti. q. [illegible] quod et nos [illegible] Et [illegible] [illegible] non [illegible] que docet(?) [illegible] peccatorem [illegible] [illegible].

[illegible] ipse quia deus vel sermo eius est verax, iustus, fortis etc. qui nos mendaces, iniustos, infirmos arguit et omnem veritatem, virtutem, iustitiam, [illegible] ipse potius talis est: quia non recipimus saper[e]. Ubi stultum ista bona sunt. Sic [illegible] eadem forma dicit Christus dicens. Nos scimus quia hic homo peccator est. Et [illegible]. Non est hic homo a Deo. Unde et Ps. 4. Multi dicunt quis ostendit nobis bona. q.d. Cum nos bona sciamus: Qui nos aliud docere presumit: ipse potius errat. et non bona ostendit.

Concluditur ergo etc.

Deus in sermonibus suis non potest {sapiens, iustus, verax, fortis, bonus} fieri: nisi ipsi ei credendo et cedendo confitemur nos {insipientes, iniustos, mendaces esse, infirmos, malos}

Ergo humilitatis et fidei opus est. Que et sola istis verbis queritur et statuitur. Ut penitus nihil simus: omnibus evacuemur: exinaniamur nobis ipsis. Quia sic omnis creatura docet. Ubi non est opus medico nisi male habentibus. Non queritur ovis nisi que periit: Non liberatur nisi captivus: non locupletatur nisi pauper: non roboratur nisi infirmus: non exaltatur nisi humiliatus. Non impletur: nisi quod vacuum est. Non construitur nisi quod inedificatum est. Et ut philosophi dicunt: non inducitur forma: nisi ubi est privatio forme precedentisque expulsio. Et intellectus possibilis non recipit formam: nisi in principio sui esse sit nudatus ab omni forma: et sicut tabula rasa.

Et in presenti dicitur: tibi soli peccavi ut iustificeris in sermonibus etc. Tibi insipiens sum et infirmus ut tu sapiens et fortis iustificeris in sermonibus etc.

Cum ergo sic omnis creatura loquatur. Non potest fieri: ut plenus iustitia sua: repleatur iustitia Dei: Que non implet nisi esurientes et sitientes. Ideo satur veritate et sapientia sua: non est capax veritatis et sapientie Dei: Que non nisi in vacuum et inanem recipi potest. Ergo dicamus Deo. O quam libenter sumus vacui: ut tu plenus sis in nobis. libenter infirmus: ut tua virtus in me habitet. libenter peccator: ut tu iustificeris in me. libenter insipiens: ut tu mea sapientia sis. libenter iniustus: ut tu sis iustitia mea. Ecce hoc est quod ait. Tibi peccavi ut iustificeris in sermonibus tuis.

Summarie itaque tribus modis deus iustificatur

Primo quia iniustos punit: tunc enim ostendit se iustum: et iustitia eius per [illegible] nostram punitam manifestatur et commendatur. Sed hec est modica commendatio: quia et [illegible]
Alio: per [illegible] suum relativum: sicut opposita iuxta se posita magis clarescunt quam seorsum posita. Ideo tanto est pulchrior Dei iustitia, quo nostra iniustitia fedior. De isto non [illegible]
Apostolus hoc loco: quia hec est iustitia Dei interna et formalis
Tertio Cum impios iustificat et gratiam infundit sive quo iustus esse in suis verbis creditur. per talem enim credi: iustificat i. iustos reputat. Unde dicitur iustitia fidei et [illegible]

Sic in suis bonus artifex tripliciter commendatur. Primo: cum imperitos arguit et reprehendit. Ubi [illegible] 2o quia eius comparatione doctior apparet ipse. Tertio quia tradit suam artem perficit alios: quam [illegible] habebant. Et hec est vera commendatio. Quia non reprehendere alios vel apparere artificem, hoc est [illegible]

Tripliciter deus iustificatur: verificatur etc. Primo quando punit et damnat iniustum, mendacem, iniquum etc. tunc enim ostenditur esse iustum, verum: et sic ex nostra iniustitia: veritate et per nostram iniustitiam, mendacium commendatur et glorificatur et manifestatur. Sed hec commendatio est modica et mendax, quia et mendax mendacem: iniustus iniustum sic punit et arguit. Et tamen non ideo statim totus verax et iustus glorificatur 50

Secundo relatiue: sicut opposita iuxta se posita magis elucescunt quam seorsum posita. Ideo multo pulchrior est eius iustitia: quo fedior nostra iniustitia. De istis duobus modis non loquitur Apostolus quia hec est iustitia dei interna et formalis, de qua non loquimur.

Tercio effectiue: id est quando nos ex nobis iustificari non possumus. Et ipsum accedimus ut ipse nos iustos faciat, confitentes quod peccatum superare non valemus. Hoc facit quando verba eius credimus cordi. per tale enim credere nos iustificat, id est iustos reputat. Unde dicitur iustitia fidei et iustitia dei effective.

Apostolus neque hic dicit quod iniustitia nostra commendat iustitiam dei. Sed potius negat. quia non est verum. Querit autem in persona eorum: qui hoc putabant ex verbis psalmi sequi: quod tamen non sequitur. Non enim vult psalmus et Apostolus. quod peccatum nostrum iustificet deum aut commendet. Sed agnitio et confessio peccati. Unde dicit. quoniam iniquitatem meam ego cognosco etc. tunc sequitur. Et sic. tibi soli peccaui id est agnosco quod tibi soli peccator sum. Ista enim agnitio facit: iustitiam dei appetibilem. et confessio gloriabilem. Dum enim agnosco. quod non possum esse iustus coram deo: quia scriptum est Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. et alibi multa similia: quibus nos deus in peccatis esse dicit. Iam extunc incipio ab eo iustitiam petere. Et sic agnitio peccati compellit me: ut deus iustificaretur in me (id est ut ei crederem et sic me iustificaret.) Et confessio eiusdem post commendat et glorificat eum. quod solus iustus et iustificator sit. Quo modo non gloriatur. Ubi peccatum non confitetur aut agnoscitur. neque ab eis iustitia sua appetitur: quibus sua propria placet et sufficit.

Est enim sicut bonus artifex tripliciter potest gloriari. Primo dum imperitos artis sue arguit et confundit. Sed hec exilis et superba est commendatio. Secundo quod comparatus ceteris (etiam si non arguat eos) peritior apparet. Tercio quando perfectionem artis sue aliis petentibus tradit. quod eam ipsi habere non poterant. Hec est vera gloriatio. Non reprehendere enim alios et apparere artificem: hoc non est esse optimum artificem. Sed efficere artifices suis scitis. hoc est laudabiliter esse artificem. Primus enim modus inuoluit semper superbiam elationem et detrahendi inuidiam et arrogantiam. Tertius autem ipsa est beniuolentia et charitas. Sic deus iustus esse efficitur in nobis laudabiliter: quia nos suis scitis facit

Verum sicut artifex ille incredulis et qui sibi satis periti videntur, non potest suam peritiam tradere: neque ex ipsis glorie et commendationis quicquam consequi artis sue et magisterii: nisi ipsi prius agnoscant se imperitos. Et credant ei imperitos eos affirmanti. Sed superbia eos non sinit ei credere. Ita impii non credunt quod sint impii. Ideo neque agnoscunt. Unde deum non sinunt in seipsis iustificari: verificari etc. ac per hoc nec gloriari aut glorificari

Quid ergo amplius Iudeo est? (scilicet qui in manifesto est & litera: Si enim non Iudeus reputatur. Ergo equalis per omnia gentibus & nihil amplius.) Aut que utilitas Circumcisionis? (scilicet que in carne est & litera. Si enim non reputatur circumcisio. ut dictum est c. 2. p. ergo inutilis fuit.) Multum (amplius habet & multum utilis.) per omnem modum (. hoc vel est astruere ac valde iurantis. Vel: modos exprimit quibus utilis fuit circumcisio. quos infra 9. c. enumerat. Quorum est adoptio. Legislatio. gloria. testamentum. obsequium. promissa. & patres &c.) Primum (. unum ex illis quod ego nunc pro primo assumo.) Quia credita sunt illis eloquia dei (. hoc enim gentes sicut nec cetera habuerunt: sicut ps. 147. dicit Non fecit taliter omni nationi. Hoc enim unum ceteris soli Iudei pre gentibus habuerunt amplius ex quibus in manifesto & litera: Credita (. per fidem suscepta. omnes enim Iudei promissa receperunt. licet non omnes impletionem. Eloquia (. promissa vt. 9. appellat.) Aptius non [illegible] (illis.) tamen potest stare: & referre. Iudeo & circumcisionis in 9. [illegible] Sic . 15. c. dicit Christum ministrum fuisse. circumcisionis non autem gentium. propter veritatem dei : scilicet que deus ita promiserat eis. & non gentibus.

Quid enim. Si quidam illorum non crediderunt. (. hoc crediderunt hoc absolute accipitur & aliud quam supra. Credita sunt. quod non est sic intelligendum. eloquiis. omnes eloquia & promissa dei receperunt. & adhuc expectant habere promissa hymnis de Christo mittendo. Crediderunt ergo (. modo non sic facti credentes & fideles in Christo. Quid ergo impedit quod illi non crediderunt. ac sic impletionem non perceperunt? Nunquid ideo non sunt impleta promissa? Que non nisi per fidem obtineri possunt. Si enim ideo non sunt impleta dicenda: quia illi non perceperunt eo quod non crediderunt. ergo eorum incredulitas deum facit mendacem? Unde dicit) Nunquid incredulitas illorum, fidem dei evacuabit? (. veritatem & fidelitatem dei.) Hec autem ideo dicit. Quia enim dixisset. & Circumcisioni que est in carne & Iudeo qui est in manifesto. credita sunt promissa. obiici potuit. Quod ergo nullus qui est in litera & manifesto: promissionem percepit. Si enim Iudeo carnali & literali promissa sunt. (in quo ipsi gentes excellunt.) & nullus eorum eam percepit. Sed usque in hodiernum ea carent. Ergo videtur quod non habuerint promissionem. Vel deus non impleverit. Huic obiectioni Apostolus occurrit & valde clarum clamo retundens dicit. Ergo dei veritas evacuata. abolita promissio: & irrita eloquia? quod est impossibile. ergo & illud quod sequitur ex quo sequitur. Et quidem Apostolus hic non solvit hanc controversiam: sed differt usque ad 9. c. ibi enim ostendit. Quod carnali Israel quod sit est promissio & electo Israel. impletio contigit. Carnali vero Israel secundum literam tantum: negavit. ideo & eorum incredulitas non irrita facit veritatem dei. Et ideo obiectionem illam per nunc solummodo interimit & pergraviter veritatem dei: quam eam opposuerat. Et usque implevisse eum sua promissa asserit. Absit. fidem autem dei appellat: ipsam nunc exhibitam promissionem

[Left margin notes: [illegible] … incredulitas evacuabit … cum [illegible] obtinere [illegible]: quia [illegible] facta … [illegible] interimit]

[Right margin notes: Et non [illegible] de [illegible] Iudeis: ipsi [illegible] hominis per nunc [illegible] … eloquium dei … apud eos promissa … non susceperunt … obiicitur … eos quod expectant … promissa … Et Israel carnali [illegible]]

// et factus est verax. /

Item illud ps. 84 Veritas de terra orta est (i. christus promissus exhibitus est ex virgine.) //

fidem per christum // Alio sensu est. Deus non impleuit promissa // Et illi non crediderunt
nec propter ea: Numquid ergo falsus erit deum impleuisse. Et sic tolletur ista nunc ex-
hibita veritas. Et dicetur: quod non sit impletio promissi: sola vero: quod illi non crediderunt.
Absit. Quia tunc Apostoli immo deus in illis mentiretur. qui testatur se impleuisse
promissa in christo. Alio autem sensu. puto quod fides hic non fidelitas dei
sed credulitas in deum sit. que est ipsa impletio promissionis. ut in multis locis.
Quod Iustitia ex fide promissa est Abac. i. Iustus ex fide viuit. Et sic est valde aptus
sensus. Sed Quid quod illi non credentes facti sunt. Numquid vero dimittemus fidem dei
et ipsos sequemur potius negantes impletam factam. quam deo credamus affirmanti
se impleuisse? Absit. tunc apostasiam sequeretur. Absit. non sequemur eos. Sed fidem
dei tenebimus. Est enim deus verax. ergo ei credendum: omnis autem homo mendax
ergo ei non credendum nec sequendum. Et sic obiectionem illam aut soluit. que
dicebatur. Carnalis israel non recepit promissa et non ei sunt facta: ergo nondum est
facta promissio impletio. Ergo illi verum dicunt. Et deus falsus? Absit. Illi dicunt non.
sed Deus. Deo potius credendum quod verax. Sicut scriptum est // Ut iustificeris in
sermonibus tuis: et vincas cum iudicaris / Hanc auctoritatem adducit Apostolus
secundum sensum: non secundum consequentem sensus: i. non ut consequatur. sed ut indicatiuum ...
ligatur. ac si dicat. Iustificaberis in sermonibus tuis. Et vinces cum iudicaris
hec secundum digressionem faciens. ista consequentem sententiam tradidit. Igitur deus iustificatur
in sermonibus (i. deum creditur ei in eius ... de impletione promissi. ut verax et iustus
habeatur. Sermones enim ipsi sunt verba eius in quibus iustificatur: dum ei cre-
ditur quod vera in illis dicat. quod factum sit esse non comprobatur. Et non solum iusti-
ficabitur ab his qui credunt. Sed et vincit cum iudicatur (i. deum reprobatur
ab aliis negantibus christum esse missum et impleta promissa. Hi enim hos sermones
iudicant et condemnant. Et nequaquam iustificant i. iustos et veros credunt. Immo deum
in his iudicant et condemnant: quem alii iustificant. Sed non preualent. Vincit enim
et obtinet: Quia contrariis resistunt. Preualebit hec fides dei ista iustificatio dei in
sermonibus suis (i. credulitas in verbum eius) preualet enim et permanet. Immo
proficit et crescit. Ubi hi qui non credunt deficiunt et pereunt.

Vel Ut grec. Esto autem deus verax (i. credatur potius deo et non homini quod mendax.) etc.

Sicut scriptum est. Ut credendum sit ... grec. textus sequitur quod iustificari hic est credere. Ut s. dixi

Iustificatio dei et credulitas in christum idem est.

Iustificari deum in sermonibus: Est ipsum iustum et verum fieri in sermonibus
suis, ~~et sermo~~ siue sermones eius iustos et veros fieri: Hoc autem fit credendo et eos
suscipiendo et pro veris ac iustis tenendo. Huic autem iustificationi: sola resistit super-
bia cordis humani per incredulitatem. Hec enim non iustificat sed condemnat atque iudicat // Vin-
ci iudicari deum in ser. s. est ipsum siue sermo s. damnatos: mendaces et iniustos fieri. Quod
fit per superbiam incredulitatem et rebellionem. Ex quo patet quod ista iustificatio ac iudicatio dei sit
extrinseca // sed deo quo est in eius ... in nobis. Nam fit intrinsece non ex deo quod ex se sint iusti sunt et veri: Sed
necdum in nobis tales facti sunt donec nostra sapientia cedat eis: et credendo eos locum det et accepter
Ideo dicit ps. 50. tibi peccaui (i. cedo iustitiam meam et sensum meum: que resistit et damnat
tuos ser: et fateor me peccatorem et iniustum et mendacem: ut tui sermones in me locum habeant
et iustificentur ac veri sint et fiant.

Coroll

per hoc autem iustificari dicimus: Nos iustificamur: Et iustificatio illa dei passiva [deleted] quia a nobis iustificatur. Est ipsa iustificatio nostri activa a deo Quia illos fidem .i. quos suos sic iustificat reputat iustitia. ut s. 4. dixit et .i. iustus ex fide vivit. Et econtra. iudicatio dei passiva quia iudicatur ab incredulis. et ipsa damnatio eorum scripsorum Quia illos incredulitatem quos suos sic iudicat ac damnat: reputat iniustitias & damnatos. Sic quidem, sic sonat textus quod sic tibi peccavi propterea iustificaris .i. iustificatum sermonis in verbo tuo. & mundatis vincas in iudicando te. Justificat enim in nobis: dicimus nos tales facit: qualis est verus sermo: hoc est iustum verum: Sapiens et Et ita nos in verum sermo: non autem verus sermo in nos mutetur. facit autem tales tunc: cum nos verum sermo: tale credimus esse sermonem iustum verum. Tunc enim deum sermonis forma est in verbo & in credente .i. veritas & iustitia. Ergo dum iustificatur: iustificat & dum iustificat iustificatur: Quia idem per verbum activum habet. & per passivum in verum [illegible] exprimitur. Vincit autem deus .i. praevalet & tandem mendaces ostendit ac falsos omnes qui non credunt .i. qui eum mendacem iudicando. Vt in iudicio [illegible] & magis in iudicio patebit. Vnde textus. Et mundabis mundatos sermones in iudicando te .i. verum tuum & credentis in illud ac sit tempus in illis. mundos facies & probabis a mendaces quod illi incredulitati imponunt. ac eos potius fedabis .i. fedos & mendaces ostendis hoc est quod incredulitas illa non evacuat fidem dei.

Corol

Iustificatio dei passiva: & activa: & fides sive credulitas in ipsum sunt idem Quia quod nos eius sermones iustificamus: donum ipsius eius. ac propter id donum: ipse nos iustos habet .i. iustificat. Et sermones eius non iustificamus. nisi dum credimus eos iustos et

Si autem iniustitia nostra, iustitia dei commendat. ista quaestio movetur ex duabus causis. scilicet occasione authoritatis adducte ex psalmo 50. & ex ipsius materie praedicte. ~~[illegible]~~ inconsequentia ac psalmus enim quia causaliter loquitur .i. secundum nostram & LXX translationem dicendo. Vt iustificeris. scilicet hominum vidi, Quia solo peccaverim. ut deus iustificetur ac per ~~[illegible]~~ peccandum sit ut deus glorificetur. Materia vero disputata id intendat. Quia deus sive sermones eius non possint iustificari: ac verax fieri: nisi ~~nos~~ mendaces efficiamur & iniusti: nunc sint nobis utilia ac sic per peccatum nostrum iustificetur

Solutio autem Est. Quia Apostolus in spiritu loquitur: ideo non intelligitur: nisi ab iis qui in spiritu sunt. Vnde Nota secundum solutio Lyrensis. Quia peccatum per accidens valet ad commendationem dei .i. quod neque per se neque per accidens sed ad gloriam veritatis dei sed magis contra veritatem dei interpretetur. Valet autem per se & propter ad commendationem dei veritatem dei moralem sive tropologice .i. credulitas qua deo credimus: nos esse in peccato. licet noster sensus id vel nesciat vel non sentit: ipsa est quod nos peccatores constituit & deo gloriam dat: acceptando sermones eius. & veritatem tamen sibi [illegible]. Quis enim gratiam expectat & iustitiam: nisi qui se peccatorem esse fatetur?

Corol.

Iustificeris in sermonibus tuis: id significat quod illud. Est autem deus Verax & omnis homo mendax Et vincas cum iudicaris. id significat quod illud: utrumque incredulitas illorum evacuabit fidem dei. Vnde ex dictis. Quia recte ~~[illegible]~~ in medio utrorumque ~~[illegible]~~ posuit hoc Sive propter est. Vtrumque probans per Scripturam

Sicut dictum est: Quod Deus sive sermones eius iustificantur: quando in nobis per fidem iusti et veri creduntur, quales sunt in seipsis, licet sine nostra credulitate. Ita similiter intelligendum est: Nos oportere peccatores fieri ac mendaces, stultos ac omnem iustitiam, veritatem, sapientiam, virtutem nostram perire. Hoc autem fit, quando nos credimus esse peccatores, mendaces etc. et nostram virtutem atque iustitiam coram Deo penitus nihil esse. Ac sic tales efficimur intra nos in nobis, quales sumus extra nos (i.e. coram Deo), licet intra nos non simus tales (i.e. licet non credamus nos esse tales). Quemadmodum solus Deus verax et iustus et potens in seipso, vult tamen extra se (i.e. in nobis) esse talis, ut sic glorificetur (est enim gloria alicuius bonum quod intus in aliquo est, ad extra et alios diffusio). Ita vult, ut sic solus homo est men-dax, iniustus, infirmus extra se (i.e. coram Deo), ut etiam talis fiat et intra se (i.e. ut confiteatur et agnoscat se talem, qualis est. Atque ita Deus per suum exire nos facit ad nos ipsos introire. Et per sui cognitionem infert nobis et nostri cognitionem. Quia nisi Deus ita prius exiret et verax fieri quaereret in nobis, Nos non possemus introire et ad nos et mendaces ac iniusti fieri. Non enim poterit homo ex seipso scire, quod talis esset coram Deo: nisi ipse Deus hoc sibi revelaret. Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Nec ~~ut revelavit~~ Alioquin ~~homo~~ sese reputasset veracem, iustum, sapientem, maxime quia coram se et hominibus talis esset. Nunc autem Deus revelavit, quid de nobis sentiret ac iudicaret, scilicet quod omnes sunt in peccato. Hunc ergo revelatum suum sensum sive suum dictumque credere et cedere ac sic iustificare et verificare eum, ac per hoc nos ipsos (quod non cognoveramus) secundum eos peccatores confiteri. Sic Apostolus: Si quis inter vos videtur esse sapiens, stultus fiat, ut sit sapiens. Quod autem de stultitia dicit, de omnibus aliis imperfectionibus intelligi oportet. Ut Qui videtur esse iustus, verax, potens, fiat peccator, mendax et infirmus. Unde sequitur Et iste locutus est omnis spiritualis: qui docet nos fieri peccatores: quando enim Apostolus id praedicaret, multi literaliter et carnaliter acceperunt. Quo modo sic peccator esse possit, qui iustus erat. Ut hic sequitur dicit.

In hac sententia psalmus 50 currit quando dicit: Quoniam iniquitatem meam agnosco. Et ideo sequitur: Tibi peccavi (i.e. coram te peccatorem me confiteor [illegible] coram hominibus iustus: Non tamen per hoc evado quoniam sum peccator tibi: Ut iustificeris (i.e. ut fiat ut credatur verbis tuis: quod quidem et ego iustificor. Et sequitur: Incerta et occulta sapientiae tuae (i.e. revelasti mihi ista occulta, quod coram te peccatores sumus et ex nobis non habemus. Corol. Non sicut exponitur a glossa ordinaria: alias Tibi soli peccavi ac si David ideo dixerit, quod principes non habent super se nisi Deum: non quod iudicari possent et a quo puniri possent. Immo loquitur pro persona sua ut spiritualis homo: qualiter et omnis oportet loqui. Ut psalmus 31: Pro hac (i.e. impietate sua) orabit ad te omnis sanctus (i.e. Quicunque voluerit esse sanctus: ipsi confite-

Ista pro spiritualis est. Non physicis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] destruit
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dixisset sequitur [illegible] [illegible] [illegible] quam fecit

+

bemus peccatorem & impium Et sic dicendus . Confitebor tibi : tu remisisti impietatem peccati cordis mei. Vt. j. Joh. 1 . Si dixerimus : quia peccatum non habemus : Mendacem facimus deum (quod est ex peccato) Si autem confessi fuerimus fidelis est qui remittat nobis Et iterum Si dixerimus : quia peccatum non habemus : nosipsos seducimus & veritas in nobis non est. Ergo tu confitentem dimittis . Et os meum annunciabit laudem tuam non meam. Et sic exultabit lingua mea iustitiam tuam non meam

Igitur hanc sententiam probamus quod solus deus sit verax : & omnis homo mendax. Hic mendacitas illorum non est enarrare fidem dei . Quid ad fidem meam : quia illi non credunt? Vbi ubi incredulitas : nec ubi dei veritas ablata est ipsi primi mendaces

Corol

Et si nos nullum peccatum in nobis agnoscerimus : credere tamen oportet quod sumus peccatores Vt Apostolus. Nihil mihi conscius sum. Sed non in hoc iustificatus sum. Quia sicut per fidem : iustitia dei viuit in nobis . Ita per eandem & peccatum viuit in nobis id est sola fide credendum est nos esse peccatores : Quia non est nobis manifestum Immo sepius non videmus nobis conscii : Ideo iudicio dei standum & sermonibus eius credendum : quibus nos iniustos dicit : quia ipse mentiri non potest : ~~Ad fidem~~ At ita esse necesse est licet non appareat. Fides enim est argumentum non apparentium & solis verbis dei contenta est. Et in hoc humilitas & iudicio regnum christi consistentium est futurum est. Sic enim iudicat in nationibus. Qui illum sedere facit in iudicio. quod ostendit necessitatem se ipsos accusare . iudicare damnare. & malos confiteri necesse est. Vt iustificetur deus in nobis. Sic dicit in eadem fide . tota vita. Ab occultis meis munda me . Delicta quis intelligit? Ignorantias meas ne memineris

hoc summopere perscrutandum est. Quia non satis est : ore fateri se peccatorem & iustum mendacem, inspiratum. Quis enim fatetur ? Postremo ubi quietius sanctus & humilis . Sed ubi te talem corde ore confessus fueris : ita quod de te firmiter in corde sentias ac in omni opere & vita geras te huiusmodi. Quare certe rarum valde est. Qui se peccatorem agnoscat & credat. Quis enim ille se peccatorem fateatur qui ne verbum quidem aduersum se sua facta : sua consilia sustinere valet? Sed mox in rebellionem surgit . ac nec ore saltem tenet se mendacem fatetur sine veritatem & benefacientem se contendere est : & iniquum sibi resisti & falso reprobari. Quod si pati aliquid cogatur . totus furit : & iniuriam sibi fieri omni questu frangat omnes. Ecce hypocrisis . Qui se peccatorem fessus erat : quod Nihil quod peccatorem decet . agere & pati vult . Sed quod iustum & sanctum

Quis itaque prompti sit dicere. Ego miserrimus sum peccator: Quod peccatori agere nullus vel rarus ~~est~~ reperitur. Quidem enim est peccatorem esse: nisi deum omni pena et confessione? Et ore se tales fateri: opere autem nolle ferre hoc hypocrisis. hoc mendacium est. Quia iustum dicit. hic parum gloriosum hoc verum et omnia bona: Si ergo iustum te negas: ista que negas oportet. Et si peccatorem te fateris penas. iniurias. ignominias. amplecteris. tanquam res proprias et possessiones tuas. Illa autem velut aliena fugias: que iustorum solummodo sunt dicitur: si contumelia: sive verbum ignominie: si flagellum: si iniuria: si damnum si morbus tibi obvenerit. Et dixeris: Non merui. Cur feram? Iniuria fit innocens sum. Nonne in peccatorem te negas: deo resistis: et proprio ore mendax convinceris. Cum iste scriba (velut verbis suis qui dicit et facta sua) deus te peccatorem: arguat et affirmet quod peccatoribus propria: tibi infert: Et tu non se errare nec mentiri. Tu tu in contentionem exurgens: resiste ac velut deus male. stulte et mendaciter agat. contendis et repugnas? Et sic filius illorum de quibus dicitur his qui sunt ex contentione. qui non credunt veritati: credunt autem iniquitati. Nam et tu veritati (id est operibus illius dei contra te vere illatis) non credis.

Si autem dixeris in hec venerint. Ei vere hec mea sunt. Iuste mihi ap-tur. libenter concedo. Quia vere peccator sum. Et iusta et vera sunt illa omnia Utique peccavi tibi. Ut tu iustificeris in operibus tuis: tua verba deus verax et iustus Non erras in me: Non mendacium est in te: Qui sic tu me peccatorem ostendis. In-venium est bonum cum. Ecce hoc est dicere. Tibi peccavi et malum coram te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis. Sic illi Dan. 3. Omnia que fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti nobis: quia peccavimus tibi etc. Ut sit Ut si duo homines: de aliqua re contenderent: Et alter eorum humiliter cedens diceret. Libenter cedo ut tu iustus et verax sis: volo errasse volo male egisse ~~et~~ ut tu recte egeris et senseris. Nonne ille diceret. Tibi erravi ut tu recte sentias? Sic enim virum bene sapientem qui alias pro contentione dester des iniusistent. Unde nolite prudentes esse apud vos metipsos.

Unde dixi quod rarum et arduum sit. peccatorem fieri et hunc versum recte dicere et ex corde. Nemo enim facile vult redargui in suo sensu reprehendi in opere suo: aut vilipendi in consilio suo. Quam tu qui faceret quod docetur in quod alii: libenter alii faciunt. ac sic se tenetur esse. Quod studio hic esse. Quod non pertinet cum sapientia sensus et voluntate nostra. Nemo ex omni parte liber ab hac peste maxime in subitis adverse venientibus

Sed dicendum. Quis modus iste sit: quo homines spiritualiter fieri oportet peccatorem. Est enim non naturalis: Quia sic non fit. Quod est omnis homo peccator. Sed tota vis huius mutationis latet: in sensu: seu estimatione ac reputatione nostra Hunc enim mutare: intendit omnis sermo scripture. Et omnis operatio dei. Hic

e cum omnes iusti & incorrigibiles superbia (tumentes) Vnde b. Virgo: fecit poten-
tiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui (i. sensu & estimatione
sibi placitis non dei). Vnde idem sensus vocatur Consilium impiorum ps. 1.
Et vitulus aureus iusticie in deserto. Idolum Baal & Moloch etc.
A quo non resurgunt impii in iudicio: Ergo fieri peccatores, i. hunc sensum
destruere quo nos bene, sancte, iuste viuere, dicere, agere pertinaciter putamus
& ~~[illegible]~~ alium sensum (qui ex deo est) induere: quo ex corde credimus
nos esse peccatores, male agere: dicere: viuere: Errare: Ac sic nos accusare
iudicare: damnare. & detestari. Quod fiet si non mouebimur interiormente (?)

Sane ergo omnia hec dicta intelligenda sunt. Sed & non sic reprobari
intelligantur opera iusta: bona: sancta: Ut omittenda sint. Sed solummodo quo
ad sensum: estimationem: reputationem: affectum. hoc est: Ut non in ea sic confidamus
ut talia estimemus: aut tam digna reputemus. Quasi ex ipsis coram deo sufficienter iusti
esse valeamus. Iste enim Vanitatis sensus & stulta estimatio sola gratia ut
est verbis exploditur. Alioquin studiosissime fieri eadem debet
& omni feruore exerceri: eo scilicet fine, ut per ipsa tanquam preparatoria: tanquam
apti & capaces fieri possimus: Iustitie dei: Non ut sint iusticia. Sed ut
querant iustitiam. At per hec tamen non sunt Iustitia nostra: Sed nos ipsa
non pro iustitia nobis imputamus. Parare enim illis operibus oportet viam
dum venturi in nobis. Non ac sunt via domini: hoc est iustitia dei: quam
presto deus post illa: in nobis efficit solus

Corol.

Deus est mutabilis quam maxime: Patet. Quia Iustificatur & iudicatur
ps. 17. Cum electo electus eris: & cum peruerso peruerteris. Qualis enim
quisque in se ipso: talis est ei Deus in obiecto. Si iustus: iustus
Si mundus: mundus. Si iniquus: iniquus etc. Vnde & damnatis in eternum iniquus
videbitur. Iustis vero iustus & sicut in se ipso est: Verum hec mutatio
extrinseca est. Quod satis patet ex ipso Verbo: Iudicaris: Quia sicut deus
non nisi ab extra & ab homine iudicatur: ita & iustificatur. Ergo ut iustificare
tur extrinsecus de deo dici necesse est

[Causati sumus.

Quia et si Iudei precellunt aliis que dicta sunt et infra c. 9 numerantur, non tamen coram deo sunt propter hec meliores. Sed eque ut gentes sub peccato. Unde patet quod illud quod supra dixit, gentes que naturaliter faciunt que legis sunt, non voluerit per hoc iustos asserere: nisi particulari et legali iustitia. Sed non universali: que est infinita, eterna et prorsus divina: que non nisi in Christo nobis datur. Quia non satis est opera legis facere ad extra. Sed neque facere satis est ad intra; nisi accedat fiducia iustificationis ex Christo. Si vel ab intra quis facere dicendus est opera legis: cum ex corde et sponte. Ut ut capio proni sumus ad malum: ac per hoc inviti ad legem et ad bonum: quare nec facimus bonum. Ut supra satis dictum est.

Omnis sub peccato esse

Iste totus textus intelligendus est in spiritu dici. Hoc est: non ut non loquitur de hominibus quales sunt in oculis suis et coram hominibus: Sed quales sunt coram deo. Ubi omnes sunt sub peccato: sic tam ii qui manifeste etiam hominibus mali sunt: quam ii qui sibiipsis et hominibus boni apparent.

Et ratio est. Quia ii quidem qui manifeste mali sunt: utroque homine peccant et sine specie sunt iustitie etiam apud seipsos. Qui vero sibi et hominibus boni foris apparent, interiore homine peccant. Nam et si foris bona operantur, hoc timore pene vel amore lucri: glorie vel alterius creature faciunt, non voluntate et hilaritate. Ac sic exterior homo quidem in bonis operibus exercetur. Sed interior scatet plenus concupiscentiis et desyderiis contrariis. Quia si liceret impune: vel si gloriam aut gratiam sciret non venturam omitteret potius bonum et eque faceret ut illi malum. Quis ergo est differentia coram deo inter eum qui facit et qui vult facere malum licet non faciat timore contrario vel amore specialis rei alterius? Sed hunc pessimum omnium ille est qui talem exteriorem iustitiam ponit satis esse et resistit interiorem docentibus. Et qui eum arguunt ipse defendit aut tamen non putat cum vero arguatur: non quod non faciat sed quod non ex simplici corde faciat et non ex voluntate corrigat: quod opus suum contraria cupit. Tunc iam opera eius bona sunt dupliciter mala: primum quia non ex bona voluntate facta sunt utique mala sunt. Deinde quia nova superbia pro bonis statuuntur atque defenduntur. Sic itaque est duplex peccatum peccavit propter minus etc. Quare nisi per gratiam dei (que credentibus in Christum promissa et largitur) sanetur ista voluntas ut liberi simus et hilares ad opera legis: querentes non sunt nisi deo placere et eius voluntatem facere: non timore pene aut amore rei operantes. Sub peccato sumus

ideo dicit Non est iustus quisquam. Verum hic quilibet sibi videat an
omnes aperiat, diligentissime intendat. Rarus enim est iustus: quem hic Apostolus
quaerit. Quod ideo fit. Quia raro nos in deserviendo offendimus. vel tamen
voluntatem infirmitatis nostrae pestem agnoscimus. Ideoque raro humiliamur. raro
gratiam dei recte quaerimus: quia non intelligimus ut hic dicit. Adeo enim subtilis
est ista pestis: ut etiam a spiritualissimis viris: non possit plene attingi: non
quod iusti sint vere. non solum gemunt & implorant gratiam dei: quia se vi-
dent habere: voluntatem malam ac per hoc peccatum coram deo. Sed etiam quia vide-
re nunquam possunt plene videre: quam offendunt & quantum mala sit eorum voluntas
ideo credunt se esse peccatores. Velut voluntatem male infecta sit pro-
funditus: sed humiliantur: sic plorant: sic gemunt. donec perfecte sanentur
quod fit in morte. Hinc denique fit: quod sic peccamus: in multis offen-
dimus: Et si dixerimus quod peccatum non habemus: nos ipsos seducimus: 1 Io. 1
(ut Expositio glossa dicit.) Quis facit bonum & omittit malum: ea voluntate
qua si etiam praeceptum non esset nec prohibitum; adhuc ita faceret & omitteret?
Credo quod si recte cor nostrum discutiamus: nullus inveniret se ipsum talem
nisi sit perfectissimus. Sed potius: si liceret: multa bona omitteret &
mala faceret. At hoc est coram deo in peccato esse: cum teneamur ea volun-
tate quam dixi libere servire: ideo non est iustus in terra qui faciat bonum
& non peccet. ideo iusti se confitentur. Et ps. 31 pro hac orabit omnis
sanctus in tempore opportuno. Nemo enim scit aut scire potest: etiam si bona
facere & mala omittere: ea voluntate sibi videatur: an vere ita sit.
Cum plus deus hoc intueatur sit: Neque nos ipsos in hac parte iudicare pos-
simus secundum Apostolum 2 Co. 4 Quis te discernit? Nolite ante tempus iudi-
care etc. Quae enim operis videtur: ex talibus voluntatibus: periculosa est
praesumptio. Ideo plurimi astutissime falluntur. Tamen confessi sint in tua
gratia dei: omittunt sua secreta rimari: desistunt quotidie & in terra
tamen moriuntur. Si enim quaererent: utrum ne timore poenae aut amore
gloriae: pudore, favore aut alia cupiditate ad bonum faciendum vel omittendum ma-
lum: moverentur. Inveniret sine dubio: quod illis in diebus moverentur
& non sola voluntate dei. Vel saltem dubitarent: an amore dei pure
facerent: Et ubi hoc invenirent: sicut verum est invenire: Et cum non
sit in nobis id quod melius est praesumendum sed quod malum: sed potius quod valde
simus ex nobis mali: certe timerent: humiliarentur: & gratiam dei semper
cum laudibus gemitibus quaererent: ac sic se perficerent. Non ergo sperare iudicium
certe non ideo debemus. Quam speremus nos ita perfecte sicut debemus: Sed

q[uia] deus misericors: qui solus habet abyssum [illegible] (super cuius faciem tenebrae no-
bis tenebrae sunt) intuetur. non imputat nobis eam ad peccatum: dum
ei confitemur spiritu. Sic Job. Si etiam & simplex fuero: hoc ipsum
ignorabit anima mea. Et iterum Verebar omnia opera mea etc. Quia sic
re non potest nisi simplici corde operatus fuerit: cum in quo sua sunt omni
tutissima [illegible] quaerit. Sic Gregorius & omni pecto
primum verbum est illud dicere. Si scirem homines non cogitaturos
& deos ignoraturos: adhuc peccare nollem. primo quod non sit possibile
homini ex seipso: hanc voluntatem habere. cum sit sic ad malum inclinatus
adeo ut nec nisi per gratiam dei possit erigi ad bonum. Igitur nec ipsum co-
gnovit: qui tantum de se praesumpsit. Verum quod est facere. Que
aliqua bona eo modo posset facere & velle sed non omnia. Quia non sic
inclinati sumus ad malum omne: quin reliqua sit nobis portio: qua
ad bonum sit affecta. Ut in Synteresi. Ideo etiam si nolle se dicit
peccare: ubi deos cognoscere & homines ignorare sciret. Verum etiam audet
dicere se velle bonum facere: etiam si sciret deos id non curare neque homines.
Si audet: superbus est eodem modo. Quia omnes non effugeret gloriam & iactantiam
saltem apud seipsum: in quo sibi placeret. Quia homo non potest nisi que sua sunt
quaerere & se super omnia diligere. Quae est summa omnium vitiorum: Unde & in bo-
nis & virtutibus talis quaerunt seipsos. scilicet ut sibi placeant & plaudant
Non est usque ad unum requirens: Quia nullus ex seipso voluntarius est ad legem
dei. sed omnes contrarii (saltem corde) voluntati dei. Cum dictus sit: Cuius est vo-
luntas in lege domini. Sic etiam

Non est intelligens

Quia sapientia dei in abscondito: est incognita mundo. Verbum enim caro factum est
& sapientia incarnata: ac per hoc abscondita: nec nisi intellectu attingibilis
sicut iterum non nisi revelatione cognoscibilis. Quare qui de visibilibus
& in visibilibus sapientes sunt. (Tales sunt omnes homines ex filiis & qui
deum ignorant ac futuram vitam) non intelligunt: non sapiunt. Ideo non
sunt intelligentes: non sapientes. sed insipientes & caeci. Et licet videantur
sibi sapientes: tamen stulti facti sunt. Quia non sapientia quae in oculis est. sed quae
invisibilis reperiri potest: sapientes facit.

Non est requirens deum

Sed tamen de iis: qui manifeste deum videntur non quaerere, quam de iis qui
requirunt seu potius sibi videntur quaerere: et non quaerunt: quomodo deus
vult quaeri & inveniri. sed per fidem || & non per propriam sapientiam in praesumptione
in humilitate ||

Corol

Sic alibi. Non e dexter quis: de istis duobus hominum generibus intelligitur sz
qui ad sinistram & qui ad dexteram declinaverit. Ita & alibi. Non est
intelligens: Et non e requirens. Illi enim quia non sunt dexteri: non
intelligunt: non requirunt: deficiendo & omittendo: isti vero excedendo & nimis committendo. Sunt enim nimis dexteri: nimis intelligentes: nimis credendo ita ut sint incorrigibiles in suo sensu. Quod nimis & Cominus ait.
Faciunt nos intelligendo ut nihil intelligant. Et ideo verum. Summa
iustitia sepe summa stultitia immo iniustitia e. Sz dum plurimum statuitur &
non reditur in partem contrariam. Unde & proverbium vulgo habetur. Weiss
Leüt narren groblich. Sapientiores crassius delirant

primus dicit non intelligens quod non requirerent: Quia prius est
nosse: quam velle & operari. requirere affectum & opus exigit. Sz
hoc prius posterius e quam intelligere. Igitur sinistrales ineptis non intelligunt
quod visibilibus in humanitate concupiscentiis obcecantur. Dextrales vero non
intelligunt: quia in sensu proprio: de sapientia & iustitia sua confidunt.
Et sic sibi ipsis sunt obex lucis divine.

Igitur Ex istis duobus homo recte dexter dicitur: si intelligens sit Et
requirens deum secundum ignorantiam intellectum: Alioquin intellectus sine requisitione mortuus sicut fides sine operibus mortua e. & non innititur nec deficiat
Et ideo iniustus: si neque intelligat neque requirat. Unde & sequitur. Non
e dexter. quod velut exponens: quod sic est non dexterum quod qui non intelligat
neque requirat deum.

Corol

Intellectus iste de quo hic loquitur Est ipsa fides. seu notitia invisibilium & credibilium: Et e intellectus in absconditis: quia cognoscere quod homo ex semetipso nosse non potest. Ut Joh. 6. Nemo venit ad patrem nisi per me. Et iterum. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum Et ad petrum. Beatus es Simon Bar iona. quia caro & sanguis non revelavit tibi. Sz pater meus qui est in celis. Quos ergo sinistrales ineptis & carnales id agnoscunt. Quia visibilia tantum estimant: Quod & dextrales. quia suum sensum tantum considerant & ponderant. Utrique obicem sibi & proprium obstaculum sibi contra lucem intellectus hic statuunt

Affectus autem sive requisitio dei Est ipsa charitas dei: que facit nos velle & amare quod intellectus facit intelligere: Quod etsi intelligatur & credatur Non tamen sine gratia dei: potest amari & voluntarie fieri: quod credendum & intellectum est. Publice autem dicit. Non e requirens. Quod hoc vite status non habendo sed querendo deo peragitur quod querendo & requirendo .i. iterum ac iterum querendo. Sic ait ps 103. Querite faciem eius semper. Et alibi cum ascenderit tribus &

hoc enim erit de virtute in virtutem, a claritate in claritatem: in eandem formam.
Non enim qui incipit et quaerit: sed qui perseverat et requirit usque in finem
hic salvus erit. semper incipiens: quaerens et quaesitum semper requirens. Qui enim
non proficit in via dei, deficit. Et qui non requirat: quaesitum amittet: cum
non sit standum in via dei. Et ubi ~~desinunt~~ incipis nolle fieri meliores
desinis esse bonus. ut ait S. Bern.

Corol.

Licet iste ps. intelligatur et de sinistrariis impiis, tamen principaliter de dextrariis loquitur. Illi enim raro tam profunde errant, ut dicant in corde suo:
quod non sit deus. Sciunt enim deum et quae dei sunt sapiunt. Sed opere ipso non
sic dicunt. Non est deus. Non est verum quod dicitur: quod nec veritas ipsa non
dicit. Hi vero et opere et ore, insuper vero et corde hoc dicunt
Quia ignorant deum vere. Sed fingunt eum sibi qualem volunt. Ideoque nec
audiunt quod deus loquitur, nec sciunt. Sed putant et dicunt, ipsum hoc esse verbum dei
et ipsum audiri oportere. Hi ergo errant corde. Et si vocem dei audiunt: ipsi
sit non dei: sed deus qui loquitur, obdurant corda sua. Et hoc quia vox dei ipsorum
sensui (qui iustus et sapiens ac totus deo plenus videtur) contraria loquitur: ut
sic ex zelo dei et amore veritatis et propter nimiam notitiam dei: dicunt. Non
est deus. Et veritatem negant. Suntque insipientes, quod dicunt se esse sapientes.

Hoc totum moraliter fit: in omnibus superbis: et suo sensu innixis: superbi
si in iis rebus contingat quod ad deum pertinet et ad salutem animae. Hic enim deus
loquitur. Sed ita loquitur. Ut neque persona: neque locus: neque tempus: neque verba: talis
appareat superbis quod deus per illum et in talibus loquatur. Ideoque recedunt vel resistunt
incredibili procaciter et insipientes: et saltem corde dicunt. Non est deus ubi tu
es. quia non nisi humilis suscepit verbum dei

Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt

Omnes scilicet filii hominum: qui non sunt filii dei: per fidem geniti ex aqua et spiritu sancto: Et
horum aliqui declinant ad sinistram: qui divitiis: honoribus: voluptatibus: potius
ideo huic seculo serviunt. Alii vero ad dexteram: qui iustitiis et virtutibus
ac sapientiis propriis student. deserta iustitia et obedientia dei: in spirituali superbia
similiter impugnantes veritatem. Unde Scrip. [...] ne declines ad dexteram
neque ad sinistram. Sed a via quae in dextris est, quae sequitur. Vias enim quae a dextris sunt
novit dominus. perversae autem quae a sinistris sunt. Unde a dextris ad dexteram declinare est nimis sapere et iuste agere etc.

Item; Simul: collective capitur. ac si diceret: Omnes simul inutiles facti sunt
i. vani et inutilia sectantes. Stultus enim: qui inutilia quaerunt: et ipsi inutiles
fiunt: vani a vanis. sic divites a divitiis: sic illi inutiles ab inutilibus
possessivi dicuntur. Quia qualia diligimus, tales efficimur: deum diligis: deus es. terram

diligit terra et. Ait b. Aug. Amor eius uel est uilitas: ex amante et amato unum
quid consistens. Alio modo et inutiles dicuntur. qui deo inutiles sunt et 57
sibi. Et prior sensus melior. qui vult plura quam vani facti sunt eo quod declinaverunt
a veritate et iustitia dei ad suam propriam

Possunt autem ista tria per modum gradationis et ad maiorem expressionem dicta intelligi
Ut quod dictum est. Non est iustus quisquam. Sit id quod dicitur: omnes declinaverunt
Et quod dictum est. Non est intelligens. Sit illud. Sit inutiles facti sunt
Et quod dictum est. Non est requirens deum. Sit illud. Non est qui faciat bonum
Ergo declinare hoc est iniustum fieri. Et vanum fieri. hoc est veritatem a
mittere in intellectu. et vanitatem meditari. Unde in multis locis vanitas ascribitur
cordis intelligentie. Inutiles. Non facere bonum hoc est deum non requirere
Quia et si fecit operantur bonum. non tamen ex corde faciunt: nec deum propter se requirunt
sed potius gloriam et lucrum. aut salutem libertatem a pena. At per hoc nec faciunt
sed potius ipsi lucrent dicere faciuntur bonum scilicet a timore vel amore compellitur
facere bonum. quod liberi non facerent. Sed ii qui deum requirunt: faciunt
gratuito et hilariter propter solum deum: non propter aliquam creaturam creature possessionem
siue sint spiritualis siue corporalis. Sed hoc iam non est opus nature sed gratie dei

Sepulchrum patens est Guttur eorum

Has tribus versibus ostenditur: quid et contra alios malum agant. qui in prioribus
descripsit: quid in seipsis mali et impii sint: hoc per aversionem sui. Illud autem
per perversionem et aliorum ad se. avertendo a deo sicut sunt et ipsi aversi
Et hoc primo quo ad eos: qui eos audiunt et imitantur. In quibus tria fa
ciunt. Primo devorant eos mortuos. Unde dicit. Sepulchrum patens est Guttur
Sicut sepulchrum est mortuorum receptaculum. et in mortuorum: ut non sit spes
resurgendi: sicut est spes in somno. Unde ps. Qui dormiunt in sepulchris: quorum non es
memor amplius. et ipsi de manu tua repulsi sunt. Ita doctrina eorum et
os siue guttur (scilicet sermo oris et gutturis) mortuos a fide in perfidia solummodo
absorbet. et ita absorbet ut non sit spes redeundi a morte eorum perfidie: nisi singu
larissima virtute dei: tunc possunt revocari. usque ad infernum descendat sed sperant
deus in Lazaro quatriduano: patens autem dicit. quia multos devorat et solummodo
Semper eius sit cancer sermo eorum. Ut 2. Timo. 2. regnostrant: qui devorat plures ira
sunt eorum patens. scilicet sicut non est satiatum patens devorandi sed per omnibus crebris: plurimi
et frequenter devoratur. etiam illi non cessent devorare suos mortuos et discipulos
neque aliquando saturantur. quia os eorum scilicet infernalis doctrina est insaturabile. Quia
et sic patens in devoratione transit: ita et illi in perfidia suorum Magistrorum:
pariter et ista similitudine ad deum. Quia sic impii devorant et iustos sed non sunt
eorum patens: quia non sibi eos incorporant, ut patens. Sed vivos deglutiunt et crudos
usque nec transmutant eos. sed potius vel perimunt. vel emendantur ab illis

Un̄ Heresis vel p̄fida doctrina . nō ē aliud : q̄ gradꝫ pestis & lues : que plu
rimos inficit & occidit . sicut fit in peste corpali

Dicit̄ aūt Guttur potius q̄ os : ad exp̄mendū efficaciā & p̄suasionē sue doctrine
que prevalent sibi & devorat eos . sic qd̄ in Gutture : mox devoratur : nō aūt qd̄ in ore
qd̄ p̄t evomi & expui . Est aūt efficax eorū doct . que blanda & placentia loquit̄
ut Apl̄ ait . prurientes auribus Magistros . Sic Guttur nō hꝫ dentes sicut
hꝫ os . Qd̄ os mordet quasi dentibus . Guttur aūt sine morsu leniter devorat

Hꝫ Alia Causa . Qꝛ tales doctores non mordent . nō rimantur . & conterunt
. i . nō arguunt . nō tribulant : nō ad penitentiā inducunt : nō destruunt & frangunt
eos . Sꝫ servant sanos . integros in sua p̄fidia deglutiunt ut Tren̄ . i . p̄sertim in
nō aperiuerūt tibi peccata tua . Ut te ad penitentiā provocarent . Arguere enim peccatores mr
bos & castigare . hoc est dentibus eorum mordere usque dum minutuli & molles
fiant (i . humiles & mites) Blandiri aūt & peccata extenuare aut ea indulgere
hoc ē : eos gutture devorare (i . integros aūt magnos duroslꝫ relinquere . i . superbos
& induratos ad penitentiā & impenitentes ad vastandū . Un̄ in Canticis Sponsa
dicitur sibi . Dentes sicut greges tonsarum que &c . i . correptiones di dispen
ris sanctiores sine crapitate vindicte &c . Un̄ & hic p̄signatur reliqꝫ duobus
velut exponens qd̄ voluerat significare qū dixit Sepulc . pa . ē . Guttur eorum . vel
quo fiat qꝛ eos devorant . Scd̄o . Qꝛ dolose docent . Ideo enim Sepulchrū

Ling . sua dolose

ē patens . ideo multos devorat : quia dolose docent . Ideo aūt devorat : ideo ē guttur eorum
sepulchrum . qꝛ venenum subtus infundunt . Ac sic p̄ hoc occidunt . & mortuos faciunt
p̄ illud aūt multos mortuos faciunt . Blanditie enim & subdola p̄suasio allicit &
multos adducit . Venenum aūt adductos occidit . Ideo aptissime dicitur . Qꝛ Sepulchrū
(sp̄ mortuos) patens (quia multos) Guttur (quia blande & dolose occidunt) eorum
sequitur de priore parte . Linguis agere est docere . monere : exhortari : & omo
ad alium uti eo instrumento . Dolose aūt . Est doctrina placentis & prurientis tanquam
sanctiorem salutarem & ex Deo : docere . Ut sic homines decepti : velut Deum audiant
& audire se credant . Cū bonus sermo eis videtur & verax & a Deo . Unde
est placentia & blanditia . quia loquuntur sermonem placentem auditori : nō lenit tangitur sub
nomine : Linguis suis fit solum in gutture . Lingua enim mollis subtilia ē : sine ossibus
& mollior leniter : Ita eorum omnis sermo : solum palpat cor hominum sibi placentium
in sua sapientia vel iustitia vel ope vel verbo . Sicut Isaie . 3 . Loquimini nobis placen
tia : Nolite aspicere nobis que recta sunt . i . nō loquimini que sunt contraria nostro sensui .
Sicut vim carnis (que sensus proprius mortificandus sunt . & velut dentibus lacerandus)
solum horrent . & ea que ipsum fovent audire volunt . O horribile verbum
propter dolositatē istam parat multitudinem : Sed venenum parata occidit : ideo ē patens
& amplum sepulchrum &c . Tertio . Qꝛ talis doctos occidunt

Venenum asp̄ sub labiis

Venenum enim sub labiis eorum . Est enim blandiloqua & placens doctrina : que nō solum
nō minuerat credentes illam . Sꝫ etiam occidit . Ac sic occidit : ut sint incapabiles

Et venenum aspidum insanabile est. Aspis enim serpens est serpens in Aphrica. Ut dicit
ut ait Arist. est insanabilis. Ita perfidi & heretici sunt incorrigibiles populus
Verum hoc venenum: habent mortem autem non videntur ministrari: ideo dicit
sub labiis eorum. Q.d. subtus latet mors: Ubi foras in specie: vita & vir-
tus apparet eis in quod verbis dulcibus sancte. Igitur non sit venenum aspidum
insanabile & mors irreparabilis vite. bene sepulchrum dixit. Blanda enim
exterius species veritatis & iustitie: causa est: quia sepulchrum insanabile &
desperatum. Omnis enim veritatis & iustitie delictis: ideo plenarie adheret: Ubi
speciosa apparet: & continet. Ubi feda apparet: sic sepulchrum apparet. Ut in Christo
quod non est species neque decor. Ita & omnis veritatis: tamen sensu intus: obiung

Sepulchrum patens

Quarto os Maled

Ecce hic habent os. Ubi prudentia est ad eos: quando non imitantur eos. hic non guttur
non linguam. Sed os plenum dentibus ut sepulchrum. Igitur.
Secundo graves sunt ad eos: qui non sequuntur ipsos. Sed potius resistunt & bona & recta
eos docent ut convertant eos a morte perpetua? Vide quod huius retribuunt. Scilicet
tria faciunt. Primum quod os plenum habent maledictione. pulchra expressio
quod maledictio eorum non transit in maledictos ab eis. Sed manet apud eos. Nec
nocent nisi sibi ipsis quod dicitur in Christo. Qui maledixerit tibi maledictus erit.
Sic alio psal. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum. Non in vulnere vel corpore
aliorum. Et sic sunt eos mordere: Ut tamen multi nocent: ergo in ore eorum conterit
sic & huius non desunt dentes & maledicta. Sed in ore tamen: quia plenum: Hoc
maledicere est apte continuatis inspirationibus: blasphemiis pulsare: & malum
optare. Hoc autem faciunt omnes: qui suo sensui stabili (quia iustus & verax
videtur) credere sentiunt. Itaque veritati patrocinari, & deo obsequium prestare putant
nimio zelo. quando tamen non secundum scientiam est. Nec hoc faciunt semper Sed ut dixi zelo magno
Quia dicit. plenum os. abunde ut maledicentis. Secundo Ama-
ritudine cum mordacissimis detractionibus. Amaritudo enim est amaritudo cordis sicut
charitas ergo dulcedo est cordis. Igitur superbi & tristi. Non solum in istis maledicunt
sed etiam apud suos vel aliis detrahunt amarissimis verbis. Sed & hec amaritudia
in ore eorum manens nihil nocet nisi quibus tenuerit ideo dicit plenum est quod
sed non facit amaros & malos exterius alios. Tertio Velores
pedes eorum ad [illegible] pulchra expressio. Manibus enim non ita possunt implere quod
volunt: agunt tamen ut impleant ita. Ubi igitur veritatem nimios neque maledictis
neque detractionibus superare possunt: tamen abolere parant & occidere: in eorum
sensibus dicuntur. hoc enim Iudei (de quibus ad litteram loquitur) plenarissime fecerunt
ut in actis Apostolorum patet. Sed & nunc est omnis veritatis //similiter quod suo sensui// nimium
favet. ut enim stabiliat: quod bonum secundum intentionem & amore dei facit.

Contritio

Hic fortunam eorum depingit. Primum est Contritio (id est quod conteruntur: minorantur & humiliantur tam secundum corpus quam animam: quod in Iudeis patet. Qui fuerunt sicut pulvis ante faciem venti: ut ps. 1. qui contriti sunt: qui erant magni & potentes & assidue adhuc conteruntur. & sunt in conculcationem ut lutum platearum. Sicut autem sunt in contritione ista corporali coram hominibus: tales sunt & multo miseriores in contritione spirituali a demonibus super eos calcantibus: qui non relinquunt in eis lapidem super lapidem. Sed quod ait Samuel etc. quod in viis istis sunt quia minorantur quam priores fuerunt & deteriores quam dum in eis perstarant. Sicut econtra qui in viis Christi persistunt & maiores fiunt: ideo in istis est potius concretio & augmentatio in illis autem contritio & diminutio. Secundum Infelicitas id est infelicitates. & sunt ubique in omnibus quae incipiunt facere: perversitati. Ita econtra illi nihil prosperum habent: quodcunque attentant. Quod in Iudeis valde manifestum est. Qui licet prosperentur in hac presentia: tamen in aliis valde multum opprimuntur gravius.

Viam pacis Non cognoverunt / & velata membra tribulationis

Illi autem sunt tristes ... timentes pacem in corpore ... viri ... euntes.

Quare non cognoverunt? Quia est abscondita. Non sit pax in spiritu. Quis enim ... petit viam pacis: si videat Christianos vexari in rebus, fama, honore & corpore ac tota vita, non pacem, sed crucem & passiones possidere? Sed sub isto latet pax: quam nemo cognoscit nisi credat & experiatur. Illi autem credere noluerunt & potius abhorruerunt experiri. Pax enim multa: sed diligentibus legem tuam. & eis scilicet diligentibus non est scandalum. Quando? nisi ... scandalum. Sed omnium praedictorum Causa est superbia quae reddit incapaces omnes. Timor enim dei humiliat omnia: humilitas autem capacem facit omnium. Ideo illi nihil capiunt: quia sunt superbi; ideo autem superbiunt: quia non timent deum. Ideo autem non timent deum quia praesumunt quod eorum sensum & opera approbabit: quia ipsi iustos & recta appetunt. Non attendentes quod si deus iudicet: nihil iustum nihil mundum inveniet. Iudicium enim dei infinitum est subtilitate. Et nihil tam subtiliter factum: quod coram eo non grossum inveniatur. Nihil tam iustum quod non iniustum. Nihil tam verum quod non mendacium. Nihil tam purum & sanctum quod non pollutum & prophanum coram eo sit. Aut si hoc attenderent, certe praesumptionem acceptionis apud deum affectarent ut eorum iusta & vera non iudicet & damnet sed favore singulari permittendo eos impuros puros habere. Ideo si timerent, scirent: quod solus Christus est & iustitia & veritas eorum: quae non possunt a deo iudicari: sed & ipsa omnia sunt infinita. Sed deo laus & gloria ... Qui ea omnia in ipso & cum ipso donavit. Ut per eum iusti & veraces essemus & iudicium evaderemus. In nostris autem (scilicet meritis ...) timendum est coram deo.

Verumtamen et ipsi sibi deum timere habere videntur, quia multa quae cum virtute sibi non
arrogant, scilicet: Ideo sunt se iustos, intelligentes, deum requirentes, cum timore dei quia
et omnia quae hic ab eis negat Apostolus habere credunt. Et omnia quae eis ascribit abesse
sibi quam longissime presumunt. Verum nisi credatur fide, in haec verba spiritus in
hoc ps. quod vera sint et nullus iustus coram deo sit, nemo excepto id putabit, quod
sibi iustus videtur. Unde necesse est stultum aestimare haec de nobis vera esse. Et de
utroque dici quod sit iniustus et sine timore dei. Ut sic humiliati et impios ac deo
displicentes nos confessi, mereamur iustificari ex ipso.

Subditus hoc loco pro obnoxio, debitore, obligato vel reo accipitur. Ut sit
sensus in glosa dictus: quod lex ideo omnes affirmat iniustos, ut omnis ~~agnoscat~~ ex eius
affirmatione agnoscat se iniustos et desinat se iustos reputare et iactare. Taceat sicut
iniustus et reus fiat iustitiae dei. Sic ps. 36: Subditus esto domino et ora eum. Hebr.
sic habet: Tace domino. Et Isaie 41: Taceant ad me insulae et gentes mutent fortitudinem,
i.e. sileat et obstruat os et desinat iactare se coram me iustos esse. Ps. 64: Te decet
hymnus deus in Zion. Hebr. sic: Tibi silentium laus deus in Zion. I.e. tibi debetur
silentium de nostra iustitia, quod idem est ibi laus de iustitia tua. Subintelligitur et
coniunctio: et tibi silentium et laus deus etc. Sed hypermetaphorice ponitur sine con-
iunctione expressa. Ut sit hoc ipsum deum glorificare et laudare, si taceamus nos ipsos
laudare et reputare aliquid esse.

Quaeritur: Quomodo sine operibus legis fiat iustificatio et ex operibus legis nulla fiat
iustificatio, cum Iacobus 2. clare dicat: Fides sine operibus mortua est. Et hominem ex
operibus iustificari adducto exemplo de Abraham et Raab. Et ipse Paulus Gal. 5:
Fides quae per dilectionem operatur. Et Rom. 2: Factores legis iusti sunt apud deum.
Respondetur: Apostolus distinguit inter legem et fidem, seu inter literam et grati-
am, et inter opera earum. Opera legis dicit quae fiunt extra fidem et gratiam et ex lege
per timorem cogente vel promissionibus temporalium alliciente facta. Opera autem fidei dicit, quae
ex spiritu libertatis amore solo dei fiunt. Et haec fieri non possunt nisi a iusti-
ficatis per fidem. Ad quam iustificationem opera legis nihil cooperantur, immo vehementer
impediunt, dum non sinunt hominem sibi iniustum ~~videri~~ et iustificationis indigentem.
Et sit simile: Si laicus homo omnia opera sacerdotis exterius agat cele-
brando: ~~baptizando~~: confirmando: absolvendo: sacramenta ministrando: dedicando: altaria: ecclesias:
vestes: vasa etc. Certum est quod ea opera per omnia simillima sunt veri sacerdotis
operibus, immo forte aptiora et perfectiora veris. Sed quia non est ipse consecratus et
ordinatus ac sanctificatus, nihil penitus agit, sed tantum ludit et fallit se et suos.
Ita est cum operibus iustis, bonis, sanctis, quae vel ante iustificationem fiunt. Sicut enim
ille laicus per talia opera non fit sacerdos, potest autem ~~sine opere~~ fieri, immo sine ipsis
operibus fit ~~ipse~~ sacerdos, sed per ordinationem ~~ipsius~~. Ita et iustus ex lege per opera sine lege

non fit iustus, immo sine operibus per aliquid aliud, scilicet per fidem Christi, qua iustificatur & videlicet ordinatur ut sit iustus ad facienda opera iustitiae. Sicut laicus ordinatur sacerdos ad facienda opera sacerdotis: Et potest fieri. Ut iusti ex lege & litera pulchriora & speciosiora opera faciant quam iusti ex gratia. Sed tamen non ideo iusti sunt, sed eo magis per hoc impediuntur ad iustitiam gratiae & ad opera gratiae pervenire.

Et alia similitudo. Simia pulchre potest imitari opera hominum. Sed non ideo est homo. Et si fieret homo: sine dubio non virtute operum istorum fieret: quibus hominem fuit emulata. Sed virtute alia scilicet dei: factus autem homo: tunc recte vera hominum opera faceret. Igitur quod b. Iacob. & Apost. dicunt ex operibus hominem iustificari: contra falsam intelligentiam disputant eorum: qui fidem sine operibus suis sufficere putabant. Cum Apostolus non dicat: quod fides sine suis propriis operibus (quia tunc nec fides esset: cum operatio arguat formam, ut dicit philosophus) sed sine operibus legis iustificat. Igitur iustificatio requirit non opera legis, Sed vivam fidem: que sua operetur opera.

Sed si fides cum suis operibus sine tamen legis operibus iustificat, Quare sunt ergo heretici ex iustificatione reprobati: cum & credant: & ex eadem fide operentur magna & fere maiora ceteris fidelibus. Immo & omnes superbi in rebus spiritualibus: qui sunt magnorum & multorum operum: & usque ex fide procedentium. & tamen iniusti? Videtur ergo aliud requiri ad iustificationem quam fides in Christum cum operibus?

Respondetur. Secundum illud Iacob. Qui offendit in uno factus est omnium reus.

ut Christus dimidius non est sed in uno totus negatur aut totus affirmatur. Nec sic potest negari & confiteri in alio & alio verbo

Fides enim consistit in indivisibili. Aut ergo tota est & omnia credenda credit aut nulla, si unum non credit. Ideo Dominus eam comparat uni margaritae, uni grano synapis etc. Heretici autem ex credibilibus semper unum vel plura eligunt, contra quod suum sensum statuunt in superbia sua. velut melius universis aliis sapientes. At sic nihil credibilium credunt. & sine fide: sine obedientia dei: in magnis suis operibus verisimillimis pereunt. non aliter quam Iudei: qui & ipsi multa credunt que vere & recta credit. Sed uni soli opponunt superbi mentem cordis sui scilicet Christo. Ideo pereunt in perfidia sua. Ita & superbi quilibet in suo sensu: sunt opponunt se vel precepto vel consilio recte monentium ad salutem. Cum enim non credit: sic nihil credit & periit tota fides propter unius sensus pertinaciam. Est ergo cedendum sensu nostro humiliter: ne offendamus in hanc petram offensionis i.e. veritatem humilitatem nobis obviam & adversariam sensui nostro. Cum enim nos simus mendaces: nunquam potest veritas venire ad nos: nisi adversaria speciei quam cogitamus quam veritatem nos cogitare presumimus: Et veritatem nobis consentientem & applaudentem volumus audire & aspicere. Sed hoc non potest fieri

Igitur opera illorum omnia sunt opera legis: non fidei neque gratie. immo adversaria & contra fidem pugnantia: Quare non solum sine illis potest. immo debet iustificatio sine illis fieri. & cum Apostolo velut stercora putari propter Christum

Corol

Semper tutius est audire: que sunt contraria nostre sententie
Quam audire: que nostra probant. Et applaudent nobis consonantia

Immo nisi homo discat libenter audire: que sunt contra eum: et omnem suum sensum redargui et reprehendi gaudeat. Rursum timeat et doleat aut saltem suspectum habeat. si verbum: sententia: opus suum probetur. laudetur et suscipiatur. Certe non poterit salvus fieri. Quia non est fidelis testimonium: ex deo esse suum sensum, verbum vel opus: quam si reprehendatur et reprobetur. Omne enim quod ex deo (Sicut in Christo patet) ab hominibus reprobatur sicut lapis ab edificantibus. Si autem non ex deo est tunc multo magis tutum immo necesse est. Ut reprobetur ne in ipso perseveret perdendus. Unde et rex Achab impius. non alia causa: odisse se Micheam prophetam testatur quam quia ei prophetaret semper malum. Sic rex Joachim: ob eandem causam scidit et combussit sermones Jeremie. Et omnes iudei persecuti sunt prophetas. quia eis mala et contraria quam placeret eorum sensui annunciabant: cum tamen timere potius suspecte debe rent: et se reos agnoscere coram deo. Ipsi contra dixerunt pax. pax. Et non propheta dei: non faciet malum. non perveniet: non videbimus malum: quod ipsi sciunt. Et sic nunquam audierunt vocem dei immo semper restiterunt. Unde dominus Luce. 6. Ve cum benedixerint vobis homines. secundum hec enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. Igitur maledici vituperari. argui. via est securitatis. benedici: laudari probari. via periculi et perditionis. Quia a deo benedici et laudari. expectandum est. ipse enim est benedictio super populum suum ut ait psalmo 3. non autem homini.

Vocat **Iustitia autem dei per fidem**

Cum fides Christi qua iustificamur. sit non solum ~~in christum~~: sed in omnia que Christi sunt credere Christum sive in personam Christi

Frustra sibi superbi et heretici blandiuntur et placent. quod in christum credant. et ea que ipsius sunt nolunt credere

Ipsi enim sic dividunt Christum: ut aliud sit in Christum: aliud in ea que Christi sunt credere: cum vero autem Christus non est divisus ut ait Apostolus. Et sic fides Christi sit in indivisibili ipse indivisus est. cum ut sit idem Christus et ea que Christi sunt. Igitur heretici confitentur et gloriantur quod in Christum credunt. Sicut quod omnia que de ipso leguntur. nato passo mortuo etc. Sed non credunt in ea que sunt ipsius. Que sunt illa?. Ecclesia patet. et omne verbum: quod ex ore prelati eius procedit. vel boni et sancti viri. Christi verbum est: qui dixit. Qui vos audit me audit. Qui ergo a prelatis se subtrahunt: verbum eorum nolunt audire: suum autem sensum sequuntur. Quo modo in Christum credunt? An quod natus est et passus et re divivus? cetera vero non credunt? Divisus ergo est Christus. Quia ibi eum totum credunt: hic negant. Absit. Sed totum Christum etiam hic negant. qui non potest simul negari et confiteri. Unde dominus Matt. 4. Non in solo pane vivit homo

Hec est ex Magistro Sententiarum dist. Aliud est credere deum: aliud credere deo: aliud credere in deum
Sic et in christum. Credere enim in christum est in ipsum toto corde intendere et omnia in ipsum ordinare.

Sed in omni verbo quod procedit de ore dei: Quod est os dei? Sacerdos & plus
Zach. Malach. 2 Legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Et ad Hie-
remiam: os meum eris. Sed cur dicit omni verbo? quia scilicet si unum verbum
non crederes, iam non vivis in verbo dei. Quia in omni verbo totus est Christus
(Sic enim in ultimo [illegible] plus clamaretur) & in singulis totus: Ergo in uno negatus: totus negatus est: qui in omnibus
est. Sic si unum christianum occideres: omnes alios salvando: totum Christum occideres. Sic
in aliis omnibus. Si in una hostia neges Christum, in omnibus negasti.

Que cum ita sint: consequens nos oportet humiliari. Quia cum non
possimus scire: an in omni verbo dei vivamus: aut nullum negemus (cum multa
(multa in ecclesia & Apostolis!) sint plura, multa a fratribus & multa interne nobis a deo dicantur) nunquam scire
possumus an iustificati simus: an credamus. Ideo tamen opera nostra sint opera
legis, estimemus & humiliter peccatores simus: in sola misericordia eius iustificari
cupientes. Quamquam enim certi simus: nos in Christum credere: non tamen certi sumus
nos in omnia que ipsius sunt verba credere. ac per hoc etiam in ipsum credere incertum est.
Quia & in operibus nihil cognoscitur. Sed quia vox domini non auditur a seipso suo.
Quamvis autem sic timuerit & humiliter confessus fuerit. dabitur ei gratia ut iustificetur
& dimittatur peccatum. si quid forte per occultam & ignoratam incredulitatem fecerit.
Sic Iob. Verebatur omnia opera sua. Et Apostolus nihil sibi conscius fuit: sed non in hoc
se iustificatum putat. Ac per hoc Soli Christo iustitia relinquitur: Soli ipsi
opera gratie & spiritus. Nos autem semper in operibus legis: semper iniusti: semper peccatores. Secundum
illud Ps. 31 pro hac orabit ad te omnis sanctus

Superbus vero: qui hanc humilitatem ignorat. & tantam fidei subtilitatem non
intelligit. sed se credere putat & omnem fidem possidere perfecte: non potest audire vo-
cem domini. resistit autem ei tamquam falso: quia contra suam sententiam tamen vere.

Queritis autem

Si tam fortis est negatio: quod in uno negatus: in omnibus negatus est. Cur non etiam
affirmatio fortis est ut in uno affirmatus in omnibus affirmetur? Respondetur bonum
est perfectum & simplex. ideo una negatione tollitur: Sed non una confessione ponitur.
nisi sit una integra sine negatione. Sicut enim non possunt etiam duo contraria
simul stare: Et deus omnia vult pura & immaculata habere. Negatio autem est
macula: ideo polluit confessionem etc.

Corol

Ideo in operibus. Verum absolute: dominum appellat: Ut omne verbum vocale per quemcumque
dicatur: velut domino ipso dicente, suscipiamus: credamus: cedamus: & humiliter subi-
ciamus nostrum sensum: Sic enim iustificabimur & non aliter. Et quis intelligit
aut advertat hoc ubique? Ab occultis meis munda me domine

Per legem enim cognitio peccati

Ista cognitio per legem dupliciter fit. primo speculative. ut Rom. 7. Concupiscentiam nesciebam: nisi lex diceret: Non concupisces. Secundo experimentaliter scilicet per opus legis. sicut per legem omne opus sit stimulatum. Quia sic lex fit occasio peccati: dum voluntas humana ad malum prona, per legem ad bonum compellitur. fit eo difficilior & rebellior ad bonum. quia odit se retrahi ab eo: quod diligit. diligit autem malum. ut dicit Scriptura. Gen. 8. Et si coacta per legem operatur. & multa faciat. tunc homo intelliget quam pertinax sit peccatum & malum in ipso radicatum: quod non intellexisset: si legem non haberet. & sine ea operi restitisset. Hanc sententiam Apostolus hic breviter transit: quia infra 5. & 7. latius docebit. hic satisfacit obiectioni breviter respondens: quod lex non inutilis sit. quia opera legis non iustificent. Igitur quoniam videt semper nos preceptum vel prohibitio: & mittit nos ad hec statim: hic cognoscimus quod bonum non diligimus: sed malum: ideo malos & peccatores coram nos agnoscimus. Cum non sit peccator: nisi qui legem non vult implere: que bona precipit & mala prohibet. Si enim iusti & boni essemus: legi consentiremus prona voluntate & delectaremur in illa. sed delectamur in peccato & desideriis nostris malis: Dicit Ps. Legem autem tuam dilexi: Et sed in lege domini voluntas eius etc. Ecce sic fit per legem cognitio peccati quod in nobis est scilicet male voluntatis ad malum prone & ad bonum abhorrentis. Que autem utilis est hec cognitio: Quia qui hoc cognoscit gemit ad deum. & humiliatus petit erigi & sanari hanc voluntatem: Qui autem non cognoscit: non petit: qui autem non petit: non accipit. ideo nec iustificatur quia ignorat suum peccatum. Unde idem est dicere: per legem cognitio peccati sive peccatorum. Quia per ipsam cognoscimus nos peccatores & peccatum in nobis esse malos & malum in nobis esse. Card.

Opera legis non dicuntur ea que fiunt preparatorie ad iustificationem acquirendam Sed que tamquam sufficientia per se putantur esse ad iustitiam & salutem

Abundat enim opera legis & impleto legis: Opera enim est impletio legis: non autem opera: Et bonum est opera legis. Quia non voluntas gratia. Quia non voluntate vult: legem faciunt: quod lex iubet. Lex autem vult & voluntatem requirit

Quia qui sic operatur. ut per ea ad gratiam iustificationis se disponat: in aliquo modo iustus est. Quia magna pars iustitie velle esse iustum. Alioquin omnes exhortationes & gemitus frustra essent: quibus Christum vocant: & omnis penitentium lamenta stultitia essent. Nemo enim orat iusti: non nisi talia operatur ut hic iustificentur magis ac magis. nullus esset iustus. Igitur bona fuerunt illa opera que non in ipsa confidunt sed per ea ad iustificationem se parant: in gratia sola confidunt iustitiam suam futuram. Qui autem sic operantur sub lege non sunt. Quando desyderant gratiam. & credunt quod peccatores sunt. Alii vero sic operantur. ut putent se legem implere. & ita iustos esse. quia secundum formam legis operati sunt. [nec gratiam desiderant: nec cognoscunt nec credunt quod sint peccatores] Non ordinant ad iustitiam querendam: sed volunt per ea possessam & adeptam ostendere:

Alioquin frustra Christus & sancti deum precantur: ... hic enim regnum celorum

tiuo ut opera precedentia nec sequentia iustificent: quanto magis opera legis. Precedentia quae preparant ad iustitiam. Ea vero quae reputantur sunt fidei iustificatorum. Non enim iusta operando iusti efficimur: sed iusti existendo: iusta operamur.

Ergo sola gratia iustificat

attendentes in stercoribus quod vel sine imo invita et aversa voluntate legi serviunt. Vel saltem amore et cupiditate terrenorum bonorum: non amore dei. Et ita sunt contenti: non ordinantes ea in gratiam querendam: quae et voluntatem haberet in lege.

per fidem Ihesu Christi

Utilis additio: contra rebelles superbos. Ut si diceret: confitendum quod ex nobis iniusti sumus: proni ad malum nos sentimus: et legis minime in corde sumus et a deo iustificandos esse credimus: Sed ipsi non hec impetrabunt: orantes enim et volentes et querentes Christum abiciunt: qui nobis sine Christo iustitiam suam dare. Deus non vult nisi per Christum: quia Christus ipse deus est. Non dabitur nisi per fidem Ihesu Christi; sic statutum est. Sic placet deo et non mutabitur. Quis eius voluntati resistet? Igitur superbia est non per Christum velle iustificari.

Sed hic aperiant oculos ii quos de quibus supra dixi qui in Christum credunt Sed non in verbum Christi: quem prelatum non audiunt: Sed sibiipsis in spiritu placent proprio: sibi credunt: non verbo prelati aut boni viri i. Christi in illis loquentis: presumentes quod sine ista obedientia: sine ista fide: deo suis intellectibus operibus iustificari possint. Sed non fiet. Quia stat sententia. iustitia dei per fidem Ihesu Christi. Unde corollarium sequitur.

Quod sicut: sine lege: dicitur: lex ipsa sine operibus suis intelligitur.

Ita quod fides Christi dicitur: fides in Christum et in omnia eius quibus ipse loquitur: intelligitur. Sic sine lege: i. sine cooperatore legis et operum legis. Ita credulitas in Christum et omnium in quorumque loquitur. Summo ergo studio cavendum: ne quando in nostro sensu permanentes simus: ne forte Christo resistentes non credamus quem nescimus: quando: ubi: quomodo: per quem: nobis loquitur: Et fere semper: ibi: tunc: eo modo: per quem: ubi: quo modo: non putamus. Sic ipse dixit. Spiritus ubi vult spirat (non ubi nos volumus aut putamus) et vocem eius audis et nescis unde veniat aut quo vadat. Prope enim est nobis et in nobis. Verum non nisi in specie peregrina: non in specie gloriae. Sed in humilitate et mansuetudine ita ut ipse non esse putetur: qui tamen est vere. Unde precipit Spiritus sanctus. Audi filia et vide et inclina aurem tuam: i. quod dicit. oportet et ut sic et ubique promptus sis audire et aure inclinata incedere: totum officium tuum sit audire humiliter et doceri sic et parere. Et nunc reges intelligite. erudimini

Testificata a Lege et prophetis

ut Abacuc i. Iustus ex fide vivit. Osee 2. desponsabo te mihi in fide. Et Iere 31. Consummabo super domum Iuda. Scribam leges meas in cordibus eorum etc. Item in Genesi habetur. Exemplum Abrahe et aliorum ex fide iustificatorum

Aug. c. 13. de spiritu & litt. Quod operum lex minando imperat: hoc fidei lex credendo impetrat. Illa dicit non concupisces: ista dicit. Cum scirem quia non possem aliter esse continens: nisi deus det. Adii & deprecatus sum dominum etc. Ac per hoc: lege operum dicit deus: fac quod iubeo: Lege fidei dicitur deo: da quod iubes. (l. mihi petitio) Ideo enim iubet lex ut admoneat quid faciat fides (i. facere debeat) idest: ut si is: cui iubetur: nondum potest: sciat: quid petat. Et 19. Lex ergo data est: ut gratia quereretur. Gratia data est: ut lex impleretur. Neque non suo vitio: non implebatur: sed vitio prudentie carnis. Quod vitium per legem demonstrandum: per gratiam sanandum fuit. Nam quod

Ro. 8 impossibile erat legi: in quo infirmabatur per carnem. misit deus filium suum in similitudine carnis peccati. & de peccato damnavit peccatum in carne. ut iustificatio legis impleretur in nobis: qui non secundum carnem ambulamus. Joh. 1. Lex quidem per Mosen data est. Gratia autem & veritas per Jhesum Christum facta est

Sed quia nunc nobis omnes astutias angeli sathane aperiat: quibus nos illudit? Unum facta omnis oramus. Da quod iubes. & tamen non accipimus. omnes credimus: & loquimur & cum tenemus & operamur. Et tamen non omnes iustificamur. Alios quidem rudiores ita illudit: ut non advertentes infirmitatem & pronitatem sue male voluntatis: nisi destitutos se ipsos: quod tamen diminute faciat: & non amant legem dei: sed timore servili credant ac operentur. tamen sufficienter agere se putant: ut dignos se habendos apud deum quod credunt & operentur. Nihil sollicitiores laborantes. Ut & sciant: ut gaudio & amore plenissimaque voluntate faciant: sive ad hoc spiritus gratiam dei requirant. Sed sicut tamen sciunt viribus: currunt & agunt: cum tedio & difficultate scilicet. Cum assidue oportet gemitibus ad deum intendere. Ut hoc tedium tollat & ad hilaritatem conferat voluntatem: auferatque per gratiam: pronitatemque illius ad malum: pro hoc nisi instanter orandum: instanter disserendum: instanter operandum: castigandum. donec ista vetustas eradicetur. & fiat novitas in voluntate. Non enim dabitur gratia: sine ista agricultura sui. ideo stertunt illi & fiunt tepidi: stupidi: aridi scilicet & indurati: donec amissa tandem fide. pleni fiant impatientia & desideriis pessimis: ad omne opus bonum reprobi.

Alios autem subtiliores illudit subtiliore lumine. quos facit. & cum gaudio & hilaritate agere: ut sub hoc velamento: abscondat eorum infirmitatem ipsis: ut se esse credant sine gratia. Ac cerilissima subtilitate sibi placeat per ceteros. & suspiciunt: donec efficiantur singularitatis & superstitionis affectatores. Ut in hereticis & perniciosis sub specie veritatis & iustitie: in zelo sine scientia: ~~rebelles fiant~~ patet. cum rebelles fiunt & sub specie obedientie & timoris dei: inobedientie & despectui habens dei & ecclesie vicariis & nunciis. Si ergo nos diligenter consideremus: semper invenimus in nobis saltem reliquias carnis: quibus inclinamur ad nos ipsos. & quibus difficiles sumus ad bonum: proni ad malum. Et si non essent homines reliquie peccati in nobis. & pure bonum quereremus: certe mox dissolveretur homo. & evolaret anima ad deum. Sed quod non evolat: signum est quod vetus aliquid carnis adhuc heret: donec per gratiam dei absolvitur

q̄ in morte expectandū ē. Interim sp̄ gemiscimus cū Aplō. Quis me liberabit de morte
corpe hui⁹. sp̄ timendum ne destruat amplius interim: io sp̄ orandū & operandum. Ut
crescat grā: & spes: decrescat aūt ac destruatur corpus pctī. & desinat vetustas
Non enī iustificamur nos sl' pficit & absoluit iustos ac iustitā. Sed incipit et p̄
ficit. Un̄ Jacob 1 Ut sim⁹ initiū aliquod creature eius: Sic homo semivivus
tractus stabulario indiget. Qui alligatis vulneribus nō sanat. sz curandus suscepit

Sed facile ē: si diligentia adhibeatur: proprietatem voluntatis videre in corpa
libus amandis malis & fugiendis bonis: puta si ad libidines. avaritiā. gulā
superbiā. honorē. sanguinis affectū & a castitate. liberalitate. sobrietate. humilitate: vilitate ī̄
nia abhorrentes. facile inquam ē scire: quod in his: nos ipsos quærimus & amamus
in nos ipsos inflexi & incurvati affectu sumus: Ubi opa nō possumus.
At in spiritualibus sl' intelligentia: iustitia: castitate. pietate ↄ difficillimum ē videre
an nos in ipsis nos quæramus: Quia Amor illarum cum sit honestus & bonus: suspicari
hoc sinit: nos sistit: & in deum nō sinit hæc ordinare & referre. ita ut non
quia deo placent: sz quia nos delectant & quietant in corde. aut etiam quia laudamur
ab hominibus: ea faciamus: ac sic nō ppter deum sz ppter nos. probat hoc ac tentatio
Quia si ppter hoc vituperemur: vel si deus subtrahat dulces affectus in illis. & delectationes
cordis: tunc ipsa omittimus. vel vituperantibus saltem reddimus ac nos defendimus

Coril

p̄ talem psumptionem & supbiā: fit ut etiam opa gratie: mutentur in opa legis. & iustitia
dei in iustitiā hominum: Quia sz ubi in grā fecerant opa bona: in iis sibi placent
ac ibi stant: nec procedere curant: qui sic iustitiā pfecte apphenderint. Cum
ita procedendum fuerat: Ut hæc opa bona velut pparatoria estimare debuerant.
Immo omnia opa iusta: & in grā facta: sunt pparatoria ad sequentis pfectionem
iustificationē sm illud. Qui iustus est iustificetur adhuc. Et ibunt de virtute
in virtutem. & a claritate in claritatem. cum Aplō ad ea anteriora extendi
oblitus posteriorum sive precedentiū: Ideo nullus stare debet. sz iustū putat
cum extenditur. sz iustificari sp̄ se petit & expectat.
talem: qui respicit humiliter. Sic Ezech rex ē iudeorum sl' ostensus. Ppter quod a deo iustus repu
tatur in pctō est. & tū iustificari querentū: ac pctā sua detestantur. Ideo
mirabilis deus in sanctis suis. & peccatores sl' agnoscentes: & dolentes. iustos
reputat. iustos ac se putantes condemnat.
hoc admissum ini iniustitiā meā: & tu remisisti impietatem pctī mei: pro
hac orabit ad te omnis sanctus sl' iustus iustificatus. Sic ps. 31. Pr dixi confite
pctis suis orat. Sic & Eccl. de iusto dicit. Et qui delicta sua describit.
& in oroe confitebitur dnō. s. pctis suis. Advocatum me [illegible] Qz hoc

Ubi iustum / ubi Israel in / [illegible] nō po / [illegible] expugne

c. quod dixi: Iustum se peccatorem agnoscere & tunc odisse peccatum suum: sic Impius
agnoscit iusticiam suam & placet sibi ipsi. Sic & ps. 50. Quoniam iniquitatem
meam cognosco. & (non tantum cognosco sed etiam) peccatum meum contra me est semper.
Confitetur ergo quod Tibi soli peccavi & malum coram te feci. Propterea iustificeris
tu in verbo tuo q.d. quia ego agnosco peccatum & odio: ideo tu remittis & iustifi
cas. quia iustificatus solus.

Igitur hec sola salus est. quod peccatum habentes & in peccato viventes: debemus
ipsum habere & gemere ad deum pro liberatione secundum illud Ioh. Si dixerimus: quia
peccatum non habemus: nos ipsos seducimus & veritas in nobis non est. Si autem con
fessi fuerimus. fidelis est: qui dimittet nobis peccata nostra. & mundet nos ab omni
iniquitate. Ita ita. Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum & hu
miliatum deus non despicies. Neque enim est homo super terram qui non peccet
ait ~~Moses~~ Salomon in sua oratione. Et Moses Exo. Apud quem nullus per se
innocens est. Et Eccle. etiam. Non est iustus super terram: qui faciat bene & non
peccet. Et iterum Quis gloriabitur se habere mundum cor. Ideo Nonne
iusti quique omnes declinaverunt. Ideo oramus. Dimitte nobis debi
ta nostra. Unde ergo ista peccata & debita? Quia scilicet Legi nemo
implet nisi Christus: Nemo enim vivens iustificatur coram deo. eo quod cor eius
semper sit infirmum ad bonum. & pronum ad malum. Non diligit iusticiam: quantum
est diligat aliquando non iniquitatem: Christus autem diligit iusticiam & odit iniquitatem
Ut in Apostolus disputat. c. 7. Ego carne servimus Legi peccati: spiritu autem legi dei
ac sic partim sumus iusti & non toti. Ideo peccatum & debita habemus. Ideo
Quod oramus: perfici iustitiam & peccatum tolli in nobis: Sit enim ista fieri petimus
Quod in ~~hac~~ vita non perfecte ~~sanatur~~ pronitas ista ad malum. Unde statim
primo oratio Sanctificetur nomen tuum (quod fit per sanctificationem nostri a malis &
peccatis) sequitur. Adveniat regnum tuum q.d. non sanctificabitur aut plene nisi in
regno tuo: Sed & hoc non venit: nisi per tribulationes: ideo semper fiat voluntas
tua. sic Christus in orto oravit tempore tribulationis

[margin: ut Iustum / filii Israel in / [illegible] non po / [illegible] expugnare]

Quis ergo adversus alium superbire potest valet iustior eo? qui non solum potest idem
facere quod ille. sed etiam iam corde facit coram deo quod ille opere coram hominibus. At non
minus oportet despicere peccantem. sed tamquam omnis misterium solum: benigne sustinere
& mutuo diligere. Sic duo in eodem Luto herentes sese mutuo iuvant. Sic
alter alterius onera portate & legem Christi implebitis. Alioquin ambo in luto
peribimus: si alium despicimus

Et egent gloria dei

Gloria hic pro gloriatione accipitur. Et egent privative capitur: pro eo quod est vacui sunt, sunt exortes. Ut sit sensus: non habent iustitiam dei gratia apud deum gloriari possint. Ut 1 Cor. 1: ut non glorietur in conspectu eius omnis caro. Et supra: Gloriantes in deo. Et c. 5: Et gloriamur in deo per Jesum Christum. Igitur egent gloria dei i. non habent quo possint gloriari in deo et de deo. Ut Ps. 3: Tu autem domine susceptor meus es: gloria mea, i. gloriatio. Sic c. 4: Si Abraham iustificatus est ex operibus, habet gloriam, sed non apud deum. Sic et illi habent gloriam coram hominibus de iustitiis suis. Dicitur itaque gloria dei sicut iustitia, sapientia, virtus etc. que ex deo nobis datur, qua coram eo gloriari possumus et in eo et de eo.

Magister Sententiarum et alii quidam: illud "precedentium delictorum in sustentatione dei" sic coniungunt et ~~aliter~~ intelligunt: quod deus ~~propter remissionem delictorum~~ ostendit iustitiam suam ~~delictorum sit precedentium~~ [fecerat] patrum in lege veteri, quorum delicta remisit ~~propter remissionem delictorum que erant precedentia~~ in sustentatione sua propter futuram satisfactionem Christi, remittens eis sustentative et passive satisfactione sequente remissionem. Et sic textus Apostoli clarius sic ponitur: Ad ostensionem iustitie sue remittendo delicta vel remittens delicta precedentium in sustentatione dei, quibus eis propter Christum solum remittebantur peccata, qui precedentia que sequuntur.

Sed melior est sententia ut precedentium delictorum sic adiectum et substantive accipiatur. Ut sit sensus: deus per remissionem peccatorum que fecit in presenti ostendit se iustificatorem esse omnium. Et ita remissio peccatorum arguit eum iustum et iustificare potentem, sicut supra dictum est: Ut iustificeris in sermonibus tuis, quod et hic maxime repetit: Ut sit ipse iustus et iustificans. Precedentium autem dicit, quia non fecit remitti omnia peccata que post veniunt. Si ergo peccata per Christum sunt ablata, ergo agamus quod volumus: non enim potest peccare, quia data est gratia et indulgentia non ad peccandum et libere agendum. Sic infra: Ubi dicit nos non esse sub lege: Quid ergo peccabimus, quia non sumus sub lege? Absit. Non sic remittit peccata ut nullius alterius operis requirat pro eis aut legem tollat, sed precedentia, que in presentia tollit, non peccemus ut iustificaret, non ut indulgeret ut ea libere fa[ceremus].

Et sic ex isto textu quod deus iustus dicitur apud Apostolum a iustificando, scilicet iustos faciendo, ut dictum est. Et sic evidenter etiam ipso Apostolo se exponente patet quod iustitia dei dicatur qua ipse nos iustificat, sic sapientia dei qua nos sapientes facit.

Igitur quod hoc verbum precedentium stulte et carnaliter intelligentes errarent, quando ex verbis Apostoli sic forte intelligeret: deus implevit legem, non amplius requirit peccata, non vult amplius hec pro peccato reputare quod prius peccatum reputabat. Ergo facere operemur eadem que prius erant, nunc non sunt peccata.

Legem statim dupliciter intelligitur, scilicet intrinsece et extrinsece. Extrinsece et et formaliter statuitur, quod tenor et verba legis in esse ponuntur, ut instruat et significet quid sit faciendum, quid omittendum. Destruitur autem cum quando tollitur et abrogatur, ut amplius non liceat aut licitum sit: contra eam agere. Et hoc modo carnales possent intelligere Apostolum legem destruere, quia dicit quod per legem non iustificamur, sed sine lege iustitia dei

Unde hoc ait passio satisfactio pro Christi

ut quod supra in orationem non dat. Et Calamum liberum nequaquam fa[ciunt]

Extrinsece & exterius:
manifestata & data est. Alio modo // lex statuitur & confirmatur cum efficitur
& fit vel omittitur quod lex precipit vel prohibet. Sic Iere. 35. Prevaluerunt sermones
Ionadab quos precepit filiis suis: ut obedierunt precepto patris sui. Sed prevalere sermones
est obedire illis. Et ibi: firmaverunt filii Ionadab preceptum patris sui. populus autem iste
non obedivit mihi q.d. Non firmaverunt: non statuerunt preceptum meum. Sed potius
destruxerunt. Ut ps. 10. Quoniam que perfecisti destruxerunt. Et ps. 118. Tempus faciendi
domine: dissipaverunt legem tuam. Et Abacuk. 1. propterea lacerata est lex & non
pervenit ad finem iudicium. Et Iere 31 pactum quod irritum fecerunt scilicet non
obediendo. Ergo destruitur lex extrinsece. Cum non fit vel fit quod ipsa
precipit vel prohibet. Hoc modo Apostolus loquitur dicens. Sed legem statuimus: id est per fidem
impleri & confirmari docemus. Vos autem potius destruitis: quia non impletis. Sed & docetis
non implendam esse: dum opera legis docetis sufficere: sine fide. In 8 inspexerat legi: in quo infirmabatur per carnem.
Sic ps. 17. Dilatasti gressus meos subtus me: & non sunt infirmata vestigia
mea. id est exemplum vite mee roboratum est: dum multi ipsum imitantur. Sic
vulgo dicitur Artificium vel secta illa & illa roborata & firmata est: cum multi
eam profitentur. Sed infirmatur & destruitur: quando non habet professores.
Ergo Lex statuitur in se: & in nobis; in se dum promulgatur; in nobis
cum voluntate & opere eam implemus: sed extra fidem nullus hoc facit. Ergo sic
irritum facit pactum dei. si sine gratia per fidem christi sumus.

Per quam Legem? factorum? Non sed per legem fidei

Lex factorum: inflat & gloriari facit. Quia qui iustus est & legem implevit
sine Deo. habet unde glorietur & superbiat. At illi se tales crediderunt esse: quia ad extra fecerunt
que lex statuit & prohibuit: ideo non humiliantur: non displicent sibi: tanquam peccatores. Non
querunt iustificari: non gemunt pro iustitia: quam adeptam se possidere confidunt
Unde notandum hic. Sicut ex 6 Aug. dictum est. Quia Lex operum dicit. fac quod iubeo: lex fidei autem. Da quod iubes. At propter hoc populus legis respondet legi & deo in lege
dicenti: feci quod iussisti: factum est ut imperasti: populus autem fidei dicit. Non possum
facere: non feci. Sed da quod iubes. Non feci sed desydero facere. Et quia non possum, peto
& quero a te unde possim. At propter hoc ille superbus & gloriosus efficitur: hic autem humilis
& vilis sibi ipsi. At sic vera differentia utriusque populi est. Quia ille dicit. Ego feci
iste: quero ut possim facere: ille dicit. Impera quod vis & faciam. Iste dicit. Da
quod imperasti ut faciam. Ille adeptam confidit iustitiam: hic pro acquirenda suspirat
Quare tota vita populi novi: populi fidelis: populi spiritualis est gemitus cordis: voce oris
opere corporis: non nisi postulare: querere & petere iustificari: semper usque ad mortem
nunquam stare: nunquam apprehendisse: nulla opera ponere finem adepte iustitie: sed tamen adhuc
semper ex se habitantem expectare. Si vero sit in peccatis adhuc manere & esse. Unde
Cum Apostolus dicit quod sine operibus legis iustificamur. Non loquitur de operibus que

pro iustificatione querenda fuerint. Quia hec iam non legis opera sunt, sed gratie & fidei: non
quia lex operatur, non quia lex ipsa iustificationem concedat, sed iustificari cupiat: Nec legis
sunt quia lex impleri potest: Sed impletionem ipsius querunt. Sed ea dicit opera legis
gratie: qui fecerint. Usque adeo facile putant iustificationem quam faciunt: ac ideo iusti esse
quia fecerint. Idcirco non opera faciunt ut querant, sed ut adeptam iustitiam glorificent.
Idcirco propterea fecerunt: sunt: velut lex iam sine impleta: nec alia nova iustificatione
opus esse. Quod sine dubio superbum & gloriosissimum est. Primo & fortius
quia opera legis impleant legem: cum lex sit spiritualis: requirens cor & voluntatem
quam impossibile est ex nobis habere, nisi dato spiritu. Idcirco opera legis faciunt
sed non voluntatem legis. Populus itaque fidei totam vitam suam agit
in querendo iustificationem. Unde sunt ista verba: Trahe me post te. Et in lectulo meo
quesivi illum. Quesivi & non inveni illum. Vocavi & non respondit mihi. Cant.
Nondum arbitror me apprehendisse, sed sequor. Unde dicitur. Vox eius. Vox turturis audita
est. Quia gemit & orat. Et beati qui esuriunt iustitiam.
Et ps. 33. Inquirentes autem dominum non minuentur omni bono
Et ps. 13. Non est requirens deum. q. d. sed inventores sunt
Et ps. 104. Querite faciem eius semper. q. d. non cum invenerit aliquis, putet
Et ps. 105. Ut iustificationes eius requirerent. (
Et Esaie 21. Si queritis, querite
Esa. 65. Quesierunt me qui ante non interrogabant
Sic per totum octonarium similis vox sonat. Item per omnes psalmos.
Utinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes
Iustificationes tuas requiram
In toto corde meo exquisivi te: ne repellas.
Sic & Apostolus non arbitratur se apprehendisse, sed extendit se in anteriora: quando oblitus
anteriorum: immemorando. Quoniam cum sit conversio cordis & oris, sine dubio eo
ipso quo iustificari se petit & iustum esse se non putat: iam iustus est apud deum
Non cum sic se peccatorem confitetur: Ut peccata velit & a deo remittat, sed ut ab eis libe-
retur & iustificetur. Quod dicens Dimitte nobis debita nostra: Sic fecit nomen huius
Sed quid est quod Esa. 65. dicit? Inventus sum a non querentibus. palam
apparui his qui me non interrogabant. Ergo non est querentibus, sed ~~fortuito~~ expecto
deum ut inveniatur fortuitu? Sed hec intelligitur primo contra stulta consilia
qui deum querunt: via qua ipsi elegerunt, non qua deus vult queri & inveniri.
Secundo intelligitur quia sine meritis & operibus nostris iustitia dei nobis oblata est. multum
alia agentibus ac querentibus quam iustitiam dei: Quis enim cogitavit aut cogitasset verbum
incarnatum: nisi ipse se revelasset? Igitur inventus est non quesitus. Inventus
autem nunc vicerimus se vult queri & magis inveniri. Inveniuntur: qui ad ipsum
convertuntur a peccato: sed querunt deum per conversionem

Unde differentia est inter peccatores: et penitentes. Alii enim sunt peccatores et confitentur se peccasse
sed non desiderant iustificari: immo desperant potius et amplius peccant ut in
morte desperantes et in vita: mundo servientes. Alii autem sunt peccatores et confitentur
se peccare, et peccasse: sed dolent et admittunt stipes cymos: ac desiderant iustificari
ac affectu querunt et gemunt pro iustitia ad deum. Hic est populus dei
iugiter portans iudicium eorum suspirium.

Eodem modo et iusti a iustis differunt. Alii enim affirmant se iustos et
non desiderant iustificari sed potius expectant premiari et coronari. Alii negant
se iustos et timent dampnari. et desiderant iustificari

Iterum. Quod peccatores sciunt non nocet: dummodo iustificari omnibus viribus studeant

Quo Contra diabolus mille artifex miris astutiis nobis insidiatur. Quosdam enim ab
initio manifeste peccato involvens. Alios vero videt iustificatos se arbitrantes
stare: tepidos fieri: et remittere desiderium facit. unde quod apoc. 3. de Angelo Laodicie
Alios tertio in superstitiones et sectas singularitatis seducit: ut se similiores
ac velut iustitiam adeptos: non quod despiciant. sed fervidius agant pre ceteris: seorsum
contemptores in superbia et abusione. Alios quarto de stulto labore adhuc urget
ut conentur esse mundi et puri: sine omni peccato. Et quia dum stabunt se peccare et
obrepere aliquid mali: in iudicio terret et confusum fingat. ut semper desperet; Omnes
enim [illegible] simul hunc ipsum attentat. Et qui in quo fiunt ad iustitiam
non possunt facile eos contraria suadere. Incipit eos ad propositum suum inclinare. ut ut
nimium festinent exuere omnem gressum: Quod ubi non poterunt: tristes: debiles
pusillanimes. desperatos. et insipientissimos in consilio facit. Restat igitur in
peccatis nos manere oportere. et in spe misericordie dei: gemere pro libe-
ratione ex ipsis sicut sancti quique qui nimium festinat sanari: certe plus gravius
recidivare. paulatim ergo sanari oportet. et aliquas imbecillitates aliquamdiu
sustinere. Sufficit enim quod peccata displiceat et si non omnia recedant. Christus enim
omnia portat si displiceant. et iam non nostra sed ipsius sunt. et iustitia eius
nostra verissime

Cap. 4

Credidit Abraham deo: Hoc credere eius Abrahe: non intelligi absolute
& universaliter: non tantum pro isto loco c. 15. ut sic sensus. Abraham fuit hoc
patris semper credere deo: semper credidit. Quod ex eo patet. Quia & c. 12 & 15 sibi
credidit deo. Vocanti & iubenti exire terram suam & peregrinari in aliena: Ergo &
ibi reputatum est ei ad iustitiam: Item Gen. 22. credidit deo iubenti filium Isaac
immolare & sic de aliis. Et hec omnia ex fide fecisse Apostolus Heb. 11. clare di-
cit. Unde & textus hoc loco sine coniunctione ista copulativa scriptus
precedentibus. Ut intelligatur non tantum ad precedentem particularem promissionem pertinere quod sequitur. Quod absolu-
te dixi: de quacunque fide Abrahe. Sic enim iacet textus. Sic erit semen tuum
suo dei verbis firmiter statim scriptus sine coniunctione. Credidit Abraham deo. Et
non dicit. Credidit hoc Abraham deo. Quia absolutum. Item Credidit Abraham deo (i.
deinde) [illegible] reputaverunt: quod deo credere intelliguntur: [illegible] & ubique credere.
Hec autem dicta sunt. in quibus [illegible]. Catholicam [illegible] Apostolus in sua pro-
batione generalem fidem [illegible] exemplo Abrahe. At in genere dicit. [illegible] & au-
tem textum [illegible] sit. deo placuisse Abrahe: & tamen non ibidem dictum. Credidit
Abraham deo & reputatum est ei ad iustitiam.

Sicut & David dicit

Constructio sic: Reputatur fides eius ad iustitiam: Sicut & David dicit (i. osten-
dit) beatitudinem hominis (i. quod is homo sit beatus: sive beatitudinem hoc est bea-
titudinem) cui deus reputat iustitiam sine operibus. Id autem sine operibus: intelli-
gitur ut supra dictum est. De iis operibus: quibus factis: putatur iustitia iam adepta
& possessa. Quasi ideo sit iustus quia fecerit opera illa: aut deus ideo eum reputet
& acceptet iustum quia operatur. Cum hoc non sit verum: quia non personam propter
opera. sed opera propter personam. hoc prius personam quam opera acceptet. Sic scriptum
est. Respexit deus ad Abel (primo) & (post hec) ad munera eius: Unde patet
quod non tamen opera ignoret: quam opinio seu estimatio stulta de operibus ipsis reprobatur.
Nam similia operantur cum iusti. Sed non simili corde. Iusti sic ut iustitiam
per ipsa querant & impetrent. Iniusti vero ut per ipsa iustitiam ostentent ac iamiam
presumant. Illi non contenti factis operibus: cor etiam querunt iustificari & sanari
a pravis concupiscentiis: isti vero interiora nihil curantes. exterius factis operibus
contenti sunt. Ideo sunt simulatores: hypocrite. quia similes iustis exterius
& non vere iusti interius. Sic Iob 39. penna struthionis similis est penne
herodii & accipitris. q.d. quamvis non possit volare & predare sicut herodius & accipiter
illi [illegible] iustos. isti vero a deo reputari petunt. Mox vox & do-
ctrina est. Iustus est qui hoc & hoc fecerit. Mox autem hoc. iustus est cui deus non

impietatem peccati. Illi sunt quorum et quod operantur. Ut iusti quod sit: Isti vero ignorant 66
quando iusti sunt: quia ex Deo reputante iusti tantum sunt: cuius reputationem nemo novit, sed
solum postulare et sperare debet. Ideo illi habent tempus: quando se non putant esse
peccatores. Isti vero semper sciunt se esse peccatores. Ideo ut intelligatur illud

Beati quorum remisse etc. dicit

Sancti intrinsece sunt peccatores semper: ideo extrinsece iustificantur semper.
Hypocrite autem intrinsece sunt iusti semper: ideo extrinsece sunt peccatores semper.

Intrinsece dico: i. quomodo in nobis: in nostris oculis: in nostra estimatione sumus. Extrinsece autem: quomodo apud Deum: et in reputatione eius sumus. Igitur extrinsece sumus iusti: quando non ex nobis nec ex operibus, sed ex sola Dei reputatione iusti sumus. Reputatio enim eius non in nobis nec in potestate nostra est. Ergo nec iustitia nostra in nobis est nec in potestate nostra. Sicut Osee 13: Perditio tua Israel: tantum in me auxilium tuum. Et Ps. 120: Auxilium meum a Domino. q. d. non ex me. Intrinsece autem sumus peccatores per rationem relativorum. Nam si solum Deo reputante sumus iusti: ergo non nobis viventibus vel operantibus. Ergo intrinsece et ex nobis impii semper. Sicut Ps. 50: Peccatum meum contra me est semper. i. in conspectu meo semper habeo. Quia sum peccator. Tibi enim peccavi. i. sum peccator. Propterea iustificaberis in sermonibus tuis etc.

i. contra te non est iniustum pro Deo, sed solum contra te est

Econtra hypocrite, quia intrinsece sunt iusti: per vim et necessitatem relationis: sunt extrinsece iniusti (i. reputatione Dei.) Ut Ps. 94: Et dixi semper hi errant corde. Non enim possunt verba Scripture. Ut illud: Peccatum meum contra me est. Sed vero: Iustitia mea contra me est. (i. in conspectu meo.) Et Beati qui iustitiam operantur etc. Tibi nequiter (non peccavi sed) iuste operor. Immo sibi operantur.

Mirabilis Deus in sanctis suis. Quibus simul sunt iusti et iniusti.
Et mirabilis in hypocritis Deus. Quibus simul sunt iniusti et iusti.

Quia dum sancti: peccatum suum semper in conspectu habent: et iustitiam a Deo secundum misericordiam eius implorant: eo ipso semper et iusti a Deo reputantur. Ergo sibi ipsis: et in veritate iniusti sunt: Deo autem propter hanc confessionem peccati eos reputanti: iusti. Re vera peccatores: sed reputatione miserentis Dei iusti: ignoranter iusti et scienter iniusti: peccatores in re, iusti autem in spe. Et hoc est quod dicit hic: Beati quorum remisse iniquitates et tecta peccata. Unde sequitur: Pro eo dixi confitebor adversum me iniustitiam meam (i. in conspectu meo semper habebo peccatum meum quod ibi confitear.) ideo et tu remisisti impietatem peccati. Non solum mihi, sed omnibus. Unde sequitur: Pro hac orabit ad te omnis sanctus. Ecce omnis sanctus est peccator et orat pro peccatis suis. Sic iustus in principio est accusator sui. Et rursus

iustus pro delictis suis deprecatur. Et iterum Ps. 31: Quoniam iniquitatem meam annuntiabo & pro peccato meo cogitabo. Igitur Mirabilis & dulcissima misericordia Dei, Qui nos simul peccatores & non peccatores habet. Simul manet peccatum & non manet. [illegible] mirabilis & sincera [illegible] ea. Qui simul [illegible]: [illegible] & [illegible] simul tollitur eorum peccatum & non tollitur. Vn

Ergo [illegible] hic [illegible] opus [illegible] [illegible]

Corol

Non tantum hic loquitur de peccato in opere: Verbo & cogitatione factis. Sed ~~[illegible] [illegible] in concupiscentiis carnis & [illegible]~~ & de fomite ut c. 7. Non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum. Et ibidem Appellat ipsum passiones peccatorum :i. desideria, affectus & inclinationes ad peccatum quas dicit operari fructum morti. Ergo Actuale (sic a theologis vocatur) verius est peccati i. opus & fructus peccati, peccatum autem ipsa passio & fomes & concupiscentia sive pronitas ad malum & difficultas ad bonum: sic. c. 7. Concupiscentiam nesciebam esse peccatum. Igitur e contrario: Sicut Iustitia nostra ex Deo: Est ipsa ipsa Inclinatio ad bonum & declinatio a malo interius per gratiam data. Opera autem sunt potius fructus iustitie, Ita peccatum est ipsa declinatio ~~ad malum~~ a bono & inclinatio ad malum: Et opera peccati: fructus sunt huius peccati Ut c. 7. clarius videbitur et c. 8. Et de tali peccato intelligenda sunt omnia scilicet Beati quorum remisse sunt iniquitates. Et Dixi confitebor adversum me iniustitiam meam Domino: Et pro hac orabit ad te omnis sanctus. Et Quoniam iniquitatem meam ego cognosco & peccatum meum contra me est semper. Item Tibi soli peccavi etc. Hoc enim malum quoniam sit re vera peccatum, Quod Deus remittit per suam non imputationem ex misericordia: omnibus qui ipsum agnoscunt & confitentur & oderunt & ab eo sanari petunt. Hinc fit Ut si dixerimus nos peccatum non habere mendaces simus: Et error est quod hoc malum possit per opera sanari: Cum Experientia testetur quod in quantumlibet bene operemur, relinquitur concupiscentia ista ad malum & nemo mundus ab illa nec infans unius diei. Sed misericordia Dei est quod hoc manet & non pro peccato reputatur iis qui invocant eum & gemunt pro liberatione eius. Tales enim facile & opera cavent: quia ardent iustificari omni studio. Sic ergo in nobis sumus peccatores, et tamen reputante Deo iusti per fidem. Quia credimus promittenti: quod nos liberet. Donec interim perficiat, ne peccatum regnet, Sed sustineat ipsum donec auferat ipsum.

Si enim operatur ergo non est ipsum opera. Si operatur ut fructificet ergo non est fructus

f. 452

Est enim simile sicut cum egroto. Qui promittenti medico certissimam sanitatem: credit. & Precepto eius obediens interim in spe promisse sanitatis abstinet ab iis quae prohibita sunt ei: ne promissam sanitatem impediat // donec impleat medicus quod promisit. Iste enim egrotus nunquid sanus est? Immo egrotus simul & sanus. Egrotus in rei veritate. Sed sanus ex certa promissione medici cui credit, qui eum iam quasi sanum reputat: quia certus est quod sanabit eum quia incepit eum sanare: et non reputavit ei egritudinem ad mortem. Eodem modo Samaritanus noster Christus: egrotum hominem suum // semivivum curandum suscepit & incepit sanare: promissa perfectissima sanitate in vitam eternam & non imputans peccatum ad mortem: Sed prohibens interim // facere & omittere: quibus // in spe promisse sanitatis // impediatur

& morbum augeat //

Si nunc iste egrotus diligens infirmitatem nolit omnia curare, nonne morietur? sic et qui sequuntur concupiscentias suas in mundo.
Aut si quis egrotus sibi non videatur, Sed sanus, reiicit medicum sanantem: hoc est per opera sua iustificari et sanum esse

sanitas illa impediatur et peccatum augeatur. Ergo sit nunquid ergo perfecte iustus? Non,
Sed simul peccator et iustus: peccator re vera, Sed iustus ex reputatione et promissione dei certa,
quod liberet ab illo donec perfecte sanet. Ac per hoc sanus perfecte est in spe: In re 67
autem peccator, Sed initium habens iustitie: ut amplius querat semper, semper iniustum se sciens.

Que cum ita sint, Aut ego nunquam intellexi, aut non bene satis de peccato et
gratia Theologi scholastici sunt locuti: Qui Originale totum auferri somniant sicut et
actuale, quasi sint quedam amovibilia in ictu oculi, sicut tenebre per lucem. Cum Antiqui
sancti patres Augustinus, Ambrosius multum aliter sunt locuti ad modum Scripture. Illi autem ad modum
Aristotelis in Ethicorum, Qui peccatum et iustitiam collocavit in opera: Et ablationem eorum positionemque et
similiter. Sed b. Augustinus apertissime dixit: peccatum seu concupiscentiam in baptismate remitti, non
ut non sit, sed ut non imputetur. Et b. Ambrosius ait: Semper pecco, ideo semper communico.
Et ex hoc ego stultus non potui intelligere, quo me peccatorem similem ceteris de-
berem reputare et ita nemini me preferre, cum essem contritus et confessus; tunc enim
omnia ablata putabam et evacuata ~~putabam~~ etiam intrinsece. Si enim peccata preterita
que dicunt semper oportere recordari (Et verum dicunt, Sed non satis) tunc non remissa
esse cogitabam, que tamen deus promisit remissa esse confitentibus. Ita mecum pugnavi
nesciens, quod remissio quidem vera sit, Sed tamen non sit ablatio peccati nisi in spe,
i. auferenda et data gratia, que auferre incipit, ut non imputetur amplius pro peccato.

Quare mera deliria sunt, que dicunt, quod homo ex viribus suis possit
deum diligere super omnia: Et facere opera precepti secundum substantiam facti, Sed non ad intentionem
precipientis, quia non in gratia. O Stulti, O Sawtheologen. Ergo gratia non fuerat Nota
necessaria, nisi propter novam exactionem ultra legem. Siquidem lex impletur ex nostris
viribus, Ut dicunt. Ergo non necessaria gratia pro impletione legis, Sed solum pro impletione
nove super legem exactionis a deo imposite. Quis ferat has sacrilegas opiniones?
Cum Apostolus dicat, quod lex iram operatur: Et infirmatur per carnem et prorsus sine
gratia non impleri potest. Et poterat stultissimum suum hoc studium monere
pudere et penitere. Vel opera saltem propria experientia: Quia Velint nolint,
sentiunt pravas in seipsis concupiscentias. Hic ergo dico: Hui, Nunc quaeso satagite,
Estote viri: ex totis viribus vestris facite, Ut non sint iste concupiscentie in vobis.
Probate quod dicitis ex totis viribus deum diligi posse naturaliter, sine denique gratia.
Si sine concupiscentiis estis, credimus vobis. Si autem cum et in ipsis habitatis, iam non
legem impletis. Quippe Lex dicit: non concupisces, Sed deum diliges. Qui
aliud concupiscit et diligit, Nunquid deum diligere potest? At hec concupiscentia semper in nobis
est; ergo nunquam dilectio dei in nobis est, Nisi per gratiam incepta, et reliquo quod
per adhuc sanando, quo nondum diligimus deum ex toto corde, per misericordiam
non imputato ad peccatum, donec totum auferatur, et perfecta dei dilectio donetur
credentibus et perseveranter usque in finem pulsantibus.

Hec portenta omnia ex eo venerunt: quod peccatum originale ignoraverunt vel contemnentes
quod peccatum arbitrati sunt usque ad minimissimum quendam motum animi. Sic et synteresis
Ita enim et voluntas habent istam synteresim: quod licet infirmiter, inclinatur
ad bonum. Et hunc parvulum motum in deum (quem naturaliter potest) illi somniant esse actum
diligendi deum super omnia. Sed inspice totum hominem plenum concupiscentiis (non obstante
isto motu parvissimo) Hunc lex vacuum esse iubet. Ut totus in deum feratur.
Ideo Isa. 41. irridens eos dicit. Bene quoque aut male, si potestis facite: Igitur
ista vita est vita curationis a peccato: non sine peccato finita curatione et adepta
sanitate. Ecclesia stabulum est et infirmaria egrotantium et sanandorum. Celum vero
est palatium sanorum et iustorum. Sicut b. Petrus 2 Petri ult. Novos celos et novam
terram dominus faciet: in quibus iustitia habitat: Hic autem iustitia nondum habitat sed
parat sibi interim habitationem: peccata sanando. Hanc igitur intel
ligentiam de peccato habuerunt omnes sancti sicut confitentur. David ps. 31. Ideo omnes
se confessi sunt peccatores. Ut in lib. b. Aug. Ubi nostri theologi peccatum ad
sola opera deflexerunt. Et ea solum inceperunt docere, quibus opera cavearentur.
Non quomodo per gemitus humiliter gratiam sanantem quererent: et se peccatores agnoscerent. Ideo
necessario superbos fecerunt: et qui dimissis operibus actualibus iam se iustos perfecte putarent
nihil solliciti sunt et concupiscentiis bellum inducere: per iuge suspirium ad dominum. Unde
et tanta nunc in ecclesia est recidivatio post confessiones. Quia iustificatos se nesciunt
sed iustificatos se esse confidunt. ac sic per securitatem suam: sine ullo labore diaboli prosternuntur. Hoc certe est ex operibus iustitiam statuere. Et licet gratiam dei implorent
non tamen recte, sed tantum pro opere peccati dimittendo. Verum qui sunt Christi spiritum Christi
habent et agunt recte. Et si non intelligunt quod nos modo diximus. Faciunt
enim antequam intellexerunt. Ymmo ex vita magis quam ex doctrina intelligunt.

Unum adhuc superest: quod primus dixi obiicitur. Scilicet quod sine operibus iustitia
dei imputatur credentibus: Legimus enim in multorum patrum legendis: quod aliqua
opera eorum vel orationes eorum: reputata sint a deo et ceteris in exemplum commendata
Ergo ex operibus huiusmodi iustificati sunt. Ad hoc breviter arguendo quod et magnum
errorem pariter et vel multorum intelligentiam fecit clariorem. Error est
eorum: qui omnia illa a deo reputata: mox presumptione mirabili volunt imitari
ac ideo reputari: quia illi fuerunt facta illis: quibus reputata sunt. Quod est iustitiam
operum querere. Et nequaquam illos imitari sed exemplum eorum pervertere. Nam illi omnes: quibus
ea opera sunt reputata et commendata: non ideo fecerunt ut reputarentur: immo ignoraverunt an reputarentur a deo: sed egerunt quod potuerunt: in humili fide semper petentes
ut placitum esset deo secundum misericordiam suam: quod agerent. Et sic ipsi primo reputati: per humilem fidei
gemitum: postea reputata et approbata sunt et opera. Tu autem preceptor stulte: incipis
primo ab operibus reputari. Dimittens interiorem gemitum: quo tu primum reputareris

sic & illi : q soler operibus eius reputari : prius s3 respici ad munus q ad Abel qd nō
fiet Et iste furor mur passim fremet in pulpitis predicantium verbum dei

Expositio ps. ps

Hic tria distincta nomina peti significantia pariter in hebr. q sic h3 littera Beatus cuius levatus crimine : cuius opertus peccato : Beatus ho. non computabit ei dominus iniquitatem. Nescio atque differentiam istorum peccatorum : Et primum s. crimen qd nō Ruth vocatur
ad phystha, hebr. dicitur intelligerem ipm opus peccati. Secundum s. petm qd
hatta dicitur & ubique fere petm interpretatur. Ipsum petm radicale in nobis
sive gressum ad malum. Tercium s. iniquitas : qd Aon. & ubique iniquitas interpretatur. ~~Primum~~ fide intelligerem ipsam hipocrisim : nisi obstaret illud. Amplius
lava me ab iniquitate mea & a peto meo munda me. Ubi pro eod videtur
accipi Ut sit iniquitas ppr aversionem : & peccatum ppr conversionem. ibi a bono : hic
ad malum. ibi p omissionem : hec p commissionem polluens. Quod iniquus e deum
postponi creature : & malum sui petm creature adherere. Ubi nō invenitur bonum
qd ibi iniquum postpositum est.

Primo dicit Beatus (i. bene illi) cuius levatus (i. qui p gratiam fit liber ab onere criminis s. actualis peti perpetrati : Sed nō hec sufficit nisi sit fiat opertus peto (i. radicale
malum ipsius non imputatur ad petm. Tunc enim tegitur : qn est quietum. Sed
non videtur nō obstruatur. nō imputatur. Ergo Levatur cuius fiens levatus
est hoc e ~~q incipit fervere & liberari ; & est Levatio eius in fieri~~ Non ex
viribus suis. s3 p deum ardens. & in se passive liberatur. Qr nō dicit. Beatus
qui seipsum levat proprijs meritis. s3 qui levatur : Tegitur inquam p Christum
in nobis habitantem. Sic in figura Dixit Ruth ad Booz. Expande pallium
tuum sup famulam tuam : qr ppinquus tu es. Et levato pallio operit se ad pedes
eius (i. aia operit se ad humanitatem Chri : & tegitur ipsius iustitia. Ezech. 16.
Et expandi amictum ~~tuum~~ meum sup te : & operui ignominiam tuam. Et ps 62.
Et in velamento alarum tuarum sperabo. exultabo. Et ps. 44. filie regum in
honore (i. decore tuo vel honorantur a te & tu in illis. Et Specie tua &
pulchritudine tua intende et. Dimisso itaque malo ope : & resecto petō i. fo
mite nō imputato. donec sanetur. tunc tercio sequitur. q sic in Hieronymi desipi
ratus. Licet enim sit peccator. s3 non impius. Impius enim dicitur : qui nō est
cultor dei : Sed aversus & sine timore & reverentia dei. Iustificatus at &
tectus peto fiens. iam e conversus & pius : colit enim deum & gerit eum in
spu & timore. At p hoc deus eum reputat pium & iustum. Sic vero ps.
Remisisti impietatem peti mei. Qd Impietatem hic dixit. Aug. petm dixit est
enim eadem dictio. Remisisti impietatem. Et. Non imputavit dominus petm. Est ps
versus. Non sane e qr nos ipsos : pos arbitramur : qr deum hoc e reputare : & nō
nisi eos. qbus remissa sunt & tecta peta : ubi enim nō imputabitur impietas s3 pietas
potius. qr in hoc cultior, nō erat dolus ; Qm nemo e in nobis : q sibi nō reputat impietatem
non tecte a deo peta & remissis inimicitijs

Corol

Inepta et stulta est locutio: Deus obligavit nos ad gratiam habendam, ergo ad impossibile. Excusso pessimum Deum. Ignorantes quod ab hac impositura non fecit hoc: non obligavit ad habendam gratiam: Sed obligavit ad legem implendam, ut nobis humiliatis et gratiam suam implorantibus eam daret. Illi autem ex gratia indignationem faciunt et invidum eum fingunt. Quid enim aliud est dicere: Deus obligavit ad gratiam habendam, nisi vult legem impletam secundum substantiam facti: acceptare autem non ad intentionem legislatoris impletam. Quia: Ecce nos sine gratia possemus implere legem: Nec satis est quod lex nos oneravit: nisi et nova exactione gratiam suam habendam expostulet. O stultitia, o ignorantia peccati, ignorantia Dei, ignorantia legis. Cum ideo Deus gratiam offerat iniustis, quia legem suam non implere nos posse videt, ut ex ea impleamus. Unde illi sic loquuntur: nescientes, quod lex non nisi substantiam facti (ut ipsi dicunt) impleri potest: Nisi accipiant substantiam facti externam operationem, quod utique non faciunt. Sed etiam quo ad internam. Nam propter Deum et ex corde factam operationem et bonae voluntatis actum eliciti: quae omnia ad substantiam facti pertinent. Non attendentes stulti, quod voluntas si liceret, nunquam faceret quod lex praecipit. Inimica enim est ad bonum, prona ad malum. Quod utique in seipsis experiuntur et tamen tam impie et sacrilege loquuntur. Et Dominum enim inimica est ad legem: aversa est a lege, ac ideo non implet. Ergo opus est gratia, quae eam faciat libentem et hilarem ad legem.

Ideo recte dixi, quod extrinsecum nobis est omne bonum nostrum, quod est Christus. Sicut Apostolus dicit: Qui nobis factus est a Deo sapientia et iustitia et sanctificatio et redemptio. Quae omnia in nobis sunt non nisi per fidem et spem in ipsum. Unde et omnis laus Ecclesiae in Canticis Christi est in ipsa per fidem habitantis: Sicut omnis lux terrae non terrae, sed solis est eam illustrantis. Hinc Ecclesia in Canticis sese nudam saepius confitetur: et non nisi sponsi desideria sese dicitur habere. Trahe me post te: in odore unguentorum tuorum curremus: Et semper quaerit: et desiderat: et semper non videt sponsum. Quo manifeste sese vacuam et pauperem ostendit intra se esse et extra se esse plenitudinem et iustitiam suam. Si enim solum pro peccatis praeteritis intelligeret suas confessiones sese facere: et in praesenti esset purior, ut quid non solum peccata sed et praesentia confitetur? Nisi quod sciunt in se esse peccatum, sed propter Christum tegi et non imputari. Ut omne suum bonum extra se in Christo, quod tamen per fidem et spem in ipso est, protestetur. Sicut psalmus 44: Eructavit cor meum verbum bonum, id est dulce et consolatorium. Quod est illud? Speciosus forma prae filiis hominum, id est quod Christus solus pulcher est, et omnes filii hominum foedi. Ideo specie tua et pulchritudine tua (inquit) intende: prospere procede: et regna. Nos [illegible] sed pulchritudo in nobis non est nostra, sed ipsius: qua tegit nostram foeditatem.

Unde et illius verbi stultitia multi se in torpore et securitate tradunt, quod b. Augustinus dixisse fertur: Magna pars iustitiae velle esse iustum, Hoc velle [illegible]: actum elicitum minutissimum, extremum mox relabentem, et nihil minus [illegible]: quod tamen stertentissime iacent stertentes. Et verum est quod velle

est iustitia . non e magna ps : sed tota iustitia . que in hac vita pt haberi; Ecce
non illud velle . Sed quid ? Apostolus ait. Velle michi adiacet. perficere non inue-
nio. Tota enim hec vita e in volendi iustitiam : perficiendi vero in futura vita
Velle nempe e omnibus viribus studiis: orationibus operibus passionibus ostendere quia
desideramus iustitiam : nondum aut perfectam habeamus . De quibus vide pulcherrima
Aug^m & complexissime in multis libris suis precipue li. 2 contra Julianum : allegantem
S. Ambro : hila: Cyprian: Chrisost: Basilium: Nazianz: Hieronym: Reticium
Olimpium: allegat. Mater igitur superbie & causa superbie est
ipsa securitas . deus enim : adeo nos in peccato esse : in fomite . in concupiscentia
derelinquit : vt nos in timore sui & humilitate custodiat : vt sic ad eius gratiam
suspirantes in nobis & peccatum dominari sentientes
semper recurramus. Semper peccanti: vel peccatores . Immo corpore peccamus . non timen-
do. Quippe cum hoc malum in nobis : per se sit peccatum : quia non implemus preceptum
primum: dilectionis dei super omnia . hoc solum fit veniale & non imputatur : & pro
ipso gemimus : & ne forte deus propter ipsum nos damnet : ne nobis imputet : nisi
misericordiam ipsius solliciti imploremus : & conferri per gratiam eius oramus : ac sic
peccatores nos ex ipso confitemur ac pro peccatoribus nos habemus . flendo gemendo
dolendo lachrymando. Cessante enim isto timore & sollicitudine . mox ponit'
securitas : posita securitate . mox redit imputatio dei in peccatum . eo quod statutum
erit deo ; nulli velle non imputare : nisi gementi : & timenti ac assidue
misericordiam suam imploranti . Quo consilio misericordissimo : nos possumus
deus cogit ad tedium huius vite : ad spem future vite . ad desiderium gratie sue. ad
odium peccati: ad penitentiam. &c. Hinc in scripturis sanctis.
Nihil tam superbis & qui sibi sancti videntur: obiicitur. & causa superbie ostendit'
per stultitiam. quia dei timorem abiiciunt . prover. 1. quod exosam habuerint disciplinam
& timorem domini non susceperint nec acquieverint consilio meo &c. Ps. 13. Non
e timor dei an oculos eorum. Ysa. Non enim timetis dominum
Que miseria sequitur ex eo . quod peccatum illud internum non curant expurgare
sed solum in opere verbo cogitatione peccata fraenant: quos purgare per confessionem
studiose curant : nihil solliciti per gemitum illud internum quod manet : ne imputetur
Dic Apoc 3. Et dicis diues & locuples sum: & nescis quod miser & misera-
bilis es . nudus & pauper. Sic Apostolus. Expurgate vetus fermentum
vt sitis noua conspersio : sicut estis azymi. Quis enim hoc intelliget , ista duo
sit: quod sunt azymi & tamen expurgandi sunt ab fermento veteri? Nisi quod vnum
in re vera . sed aliud propter humilitatem fidei in timore : in spe & non imputatione
dei consistit. fermentum habent sed debent pro eo & gratiam innovant : ideoque
azymi sunt : reputatione dei . qui eis fermentum non imputat . sed expurgandum
relinquit. In quo studium ad actualia peccata restringere & de illo purgando tan-

pollutus est: ideo presumit & purgatus fit: qr per sacramentum & confessionem sibi: sibi purgari ac si sine timore incedat: & nullius peccati sibi conscius est conscientia

Econtra alii sunt nimis pusillanimes: qui petunt in aliam partem. nimium festinantes ad expurgationem fermenti: ad sanctitatem perfectam. Quia ex ipsis interim peccatum vellent funditus extirpare. Et qr non possunt. sed sepius recidunt. ideo tristes de-nuo & desperati fiunt. Ideo cum gratiam non receperint corde nimio zelo & festinato impetu: student suis operibus efficere ut purissimi sint: & misericordiam collidunt. Hii nimium timent immo stulte timent: qr timent se deo placere non posse si mundi essent. timent autem desperare immutabiliter putant: si sint immundi. ignorantes dei misericordiam: quam implorare deberent. ut dimitteret eis quod mundi non sunt. At per hoc: ex ipsis suis viribus nituntur periculosissime.

Igitur illi ad dextram abiecto timore per securitatem: isti ad sinistram abiecta misericordia per desperationem pereunt: ignorantes. hoc peccatum internum non esse possibile in hac vita tolli: quod tamen volunt isti: Illi vero id ipsum ignorantes imputari non timebant. nec ipsum enim ignorant nec attendunt hoc peccatum sed solum actuale ut dixi: quod expurgari ad purum oportere credunt. Quod cum non fit: putant se perditos: illi vero qui puros se putant: credunt salvatos Cum sit impossibile cum actuali carere: quia diu illud radicale permanet & originale. Regula ergo vera: & una pacis in spiritu: est peccatum quod nosse & odisse & ita in timore dei incedere: ne imputet: & donari petatur. Et tamen orare misericordiam eius. Ut nos ab eo liberet: & non imputet: Timor excludit dextram: sed misericordia sinistram: ille securitatem: iste ~~securitatem~~ desperationem. ille vanam placentiam sui: iste desperationem dei. Igitur ut aliqs

Concludatur: ista sunt consimiles. Repetamus nomina illa tria. sed peccata: quae significant: crimina: scelera. sunt peccata actualia: iniquitates: transgressiones Altera vero fomitem: peccatum radicale: concupiscentiam: morbum nature. Hoc autem iniustitiam scilicet absentiam iustitie sue quod quis coram deo non est iustus etiam si multa bona operetur & iusta. Que iniustitia nobis imputatur. propter ipsa crimina vel peccata. Ideo iniustitia respicit dei reputationem: sicut & iustitia Et hoc est peccatum omissionis: & carentia virtutis & pietatis in deum: de quo Apostolus c. 3. Non est iustus quisquam scilicet iniustitiam habet. in hac habere sive nihil habere. sed potius a deo non reputari tamen iustum etiam si bona faciat. qr opera non ponunt hunc iustum sed nec tollunt iniustitiam. Quartum est in hebr. Nomen Rastha: quod impietas dicitur. quod est vitium superbie: Negatio veritatis & iustitie dei: statutio sue iustitie: defensio sapientie sue. quod ypocritas. hereticos. schismaticos. superstitiosos & singulares facit sive Moniacos de quo ps. Singularis ferus depastus est eam

hii quod securitatem non habet. sed tamen timent ad id quod illi non presumunt. utrique ergo securitatem quaerunt & tamen dei contra volunt: illi in- de facto, isti voto et contra timore deum

.i. scelera

Igitur sensus psalmi est. Beatus (scilicet erit et in rebus) quorum remisse sunt iniquitates (i. qui remittuntur sua scelera & crimina: peccata actualia, prevaricationes, quas operatur malum fomitis) & quorum tecta sunt peccata (rebus quorum sunt cum igitur peccatum (i. scilicet ipse fomes) per non imputationem dei, propter humilitatem & gemitum fidei christi ipso. Cum ergo utraque ista mala dimissa sunt: Ecce hic est quem deus iustum reputat unde sequitur. Beatus vir: non imputabit ei deus iniquitatem, quod nota: peccatum: Verumtamen: iniustitiam: debet accipi. Ut post ait ad intentionem Apostoli. Quia ex hoc non vult probare: iustitiam dari per reputationem sine operibus: quod nisi fit per non imputationem iniustitie: Ergo idem est dare eum deus reputat iustitiam: Et cum deus non imputat peccatum (i. iniustitiam sed nulli homini non imputat. Continuo operatur. nisi cum primo tecta sit peccatum (i. peccatum radicale i. originale, naturale, quod per penitentiam: baptismum: gemitum & timorem dei: tegitur.) & remisse iniquitates .i. scelera seu opera. Unde in isto psalmo sepius alias confessio est contrarium vocabulorum. Quare sic debet haberi. Beati quorum remissa sunt scelera: & quorum tecta sunt peccata: Beatus homo: non imputabit deus ei iniustitiam. Et infra. Quoniam peccatum meum cognitum tibi feci: Ubi nos delictum habemus. translatio hebreo: quod scilicet peccatum translatio: Et iniustitiam meam non abscondi. hoc recte & optime translatum. Quare idem est cum quod scilicet dixit non imputavit deus peccatum: male transferens peccatum. i. iniustitiam: Dicit. dixi confitebor adversum me scelera mea domino: Ubi nos iniustitiam meam. male: quia scilicet in et i. iniquitates pluraliter transtulit. nisi iniustitiam singulariter. Et tu remisisti impietatem peccati mei: (i. iniustitiam peccati mei. Vel variatio verborum: quod sicut i. peccatum. & quinto. delictum iniustitiam dixit & in solo loco recte ut dixi. Est enim sensus: Tu non imputasti mihi iniustitiam que est in me propter peccatum aliud radicale & profundum: : pro hac orabit ad te sanctus iniustitia peccati sui. quia omnes confitebuntur quod propter hoc peccatum tibi sunt iniusti in veritate: ideo tu remittes & non imputabis eis iniustitiam: Ideo hoc peccatum coram deum. Multa flagella peccatoris. Hic impio debuit dicere. sed tamen: quia sibi iustificant & iustitiam dei contemnunt. suam iniustitiam ceca oro. iustitia statuendo. Quare est impietas & duplex peccatum. Iste differentie in rebus constitutis sunt prenotande. Sed in remissa omnium scilicet omnia: & plena confessione. Ut psalmo 50. Secundum multitudinem miserationum: dele iniquitatem meam (i. crimina) Amplius lava me ab iniquitate mea (i. scilicet iniustitia.) & a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam (scilicet ~~pro iniustitiam~~) & peccatum (scilicet scelera mea vel crimina) ego cognosco. & peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccavi et. Ecce in iniquitatibus (scilicet in iniustitia) & in peccatis concepit me mater mea (i. fomite). Averte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates (scilicet iniustitias meas) dele. Docebo (iniquos vias tuas: scilicet scelerates) & impii (scilicet peccatores) ad te convertentur

Coroll

Expressius exprimit originale peccatum iste versus secundum hebraeum textum. Ecce enim in iniquitatibus (i. in iniustitia) conceptus sum. Et in peccato pepererunt me mater mea. Est enim sensus: quod ista iniustitia et peccatum: non ad concipientem et parientem, Sed ad conceptum et partum: q.d. Ecce ego qui concipiebar: in peccato iniustitia fui coram te. non eram iustus. quia per Adam iam amisi. ac si sim iustitia corporis sim: quia tu omnes reputas iniustos qui concipiuntur propter peccatum quod ibi transfunditur. etiam non peccantibus parentibus. Et in peccato, i. fomite: concupiscentia: pepererunt me mater mea. Non enim peccat mater pariens. Sed filius peccat. i. peccator est qui paritur. Non utique alterius peccatum. Sed suum confitetur. non tantum in hoc versu. Sed et in praecedentibus. Ubi semper meum: mei: meis: meam. Quod autem hoc versu non dicit meis. Vel meum. Est causa. quod totum est peccatum omnium: in quo et semper esse conceptum dicit: Et quod omnium est. etiam suum esse factum asserit. Ideo premisit. Amplius lava me ab iniquitate mea etc. Alia causa. Quia hoc peccatum et suum et non suum est. Ideo non dixit in iniquitatibus meis. Sed magis ... q.d. etiam est ista iniquitas: me non operante aut sciente: conceptus sum in ipsa et non feci illam: Cepit in me regnare: antequam ego esse[m] et sit meum. Si enim parentum generationem hoc solum esset peccatum. tunc utique ego in hoc concepissem sed ipsi cum conceptum mei peccassent. Igitur iste iniquitas et peccatum fuerunt: et non mea. conceptus sum in ipsis: et non consensi, Sed nunc facta sunt mea: Nunc enim intelligo: quod male ago et contra legem. Lex semper non concupisces. Et ego si non servo legem. tunc ego pecco. Et circa concupiscentiam: ideo nunc peccatum etiam meum est. i. mea voluntate approbatum et consensu acceptum: quia sine gratia non possum ipsum vincere in me. ideo vivit in me: et sum eodem fomite et gratia: propter opera: nunc ipse quasi actualis peccator. et non tantum originalis. Ideo dixi. Quoniam iniquitatem meam etc.

Corol

Iustitia et iniustitia multum aliter quam philosophi et iuristae accipiunt in scriptura accipitur. Patet quia illi qualitatem asserunt animae etc. Sed iustitia scripturae magis pendet ab imputatione dei: quam ab esse rei. Ille enim habet iustitiam: non qui qualitatem solam habet. immo ille peccator est omnino et iniustus. Sed quem deus propter confessionem iniustitiae suae et implorationem iustitiae dei: misericorditer reputat. et voluit iustum apud se haberi. Ideo omnes in iniquitate i. iniustitia nascimur morimur. Sola autem reputatione miserentis dei: per fidem verbi eius iusti sumus.

Congregemus igitur Auctoritates Scrip. que omnes in peccato constringunt. 71

Primo. Moses Gen. 8. Nequaquam ultra maledicam terre propter homines. Sensus enim et cogitatio cor-
dis humani in malum prona sunt ab adolescentia sua.

Secundo. Item Exo. 34. Dns deus qui aufers iniquitatem et scelera atque peccata: Nullusque
apud te per se innocens est. q.d. ex quo tu es solus qui aufers peccata sequitur quod nullus
sit apud te iustus etc.

Tertio. Salomon. 3 Reg. 8. et 2 par. 6. Non enim est homo: qui non peccet.

Quarto. Eccles. 7. Non est enim homo iustus in terra: qui faciat bonum et non peccet.

Quinto. Job. et in quo locis pluribus plurimis Job. 7. Peccavi inquit. Quare non tollis peccatum
meum etc: Et c. 9. Vere scio quod ita sit. quod non iustificabitur homo compositus deo.
Et si habuero quippiam iustum: non respondebo sed meum iudicem deprecabor. Similiter
sancti pleni loquuntur. in c. 31 suam iustitiam allegans dicit. Non reprehendit me
cor meum in omni vita mea. sed et idem est c. 1 cum consideraverit coram scelerum

Sexto. ps. 31. pro hoc orabit ad te omnis sanctus. Et 142. Non iustificabitur in con-
spectu tuo omnis vivens. Et 129. Ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Et
71. Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum: Et multa similia etc.

Septimo. Esa. 64. facti sumus ~~omnes~~ ut immundi omnes nos: et quasi pannus menstruate uni-
versae iustitiae nostrae etc.

Item. Verumtamen castigabo te in iudicio: ut non videaris tibi innocens.

Ex novo

Primo. Aplus. Venit Jesus salvos facere peccatores. Quorum primus ego sum
Item Ro. 7. Quod nolo malum: hoc facio etc. Et Non arbitror me apprehendisse

Secundo. Iacob. In multis offendimus omnes.

Tertio. Johan. 1. Si dixerimus quod peccatum non habemus etc. Cum hoc Jo. dicat. Qui natus est
ex deo non peccat. etc.

Quarto. Apoc. 22. Qui iustus est iustificetur adhuc

Ex b. Aug. Epist 29 ad b. Hierony.

Virtus est Charitas: qua id quod diligendum est, diligitur. Hec in aliis maior: in
aliis minor: in aliis nulla est. plenissima vero: que iam non possit augeri: quamdiu
hic homo vivit: est in nemine. Quamdiu autem augeri potest: profecto illud quod minus est quam debet
ex vitio est. Ex quo vitio non est iustus in terra: qui faciat bonum et non peccet. Ex
quo vitio non iustificabitur in conspectu dei omnis vivens. propter quod utique si dixerimus
quod peccatum non habemus // Et veritas in nobis non est. propter quod vitium etiam quantumlibet pro-
fecerimus: necesse est nobis dicere dimitte nobis debita nostra: cum iam
omnia in baptismo: dicta: facta: cogitata. dimissa sint. haec ille. At eadem ratione
de pena et indulgentiis: quae de baptismo: immo multo efficatior

~~ut ... esse ... dictus ... quos ... [illegible] ... et [illegible] ... [illegible] ... dicendi ... [illegible]~~

Ex quo patet quod nullum est peccatum veniale ex sua et natura sua. Sed nec merito.
Quia etiam bona opera ex resistente fomite et sensualitate non tanta fiunt intensione
et puritate, quantam lex requirit: cum non ex totis viribus fiant, sed tantum ex viribus
spiritus repugnantibus viribus carnis. Ideo cum bene operando peccamus: nisi deus
per Christum nobis hanc imperfectionem tegeret et non imputaret. Fit ergo veniale
per misericordiam dei non imputantis: propter fidem et gemitum pro ista imperfectione in Christo
susceptam. Similiter etiam nullus est: qui ex operibus suis possit iustitiam petere iudicii.
Quia si iudicio dei offerantur: peccata sunt et damnantur. Sicut ps. 35. Quoniam
dolose egit in conspectu eius ut inveniatur iniquitas eius ad odium. Et coram deo
et neque in spiritu eius erat dolus. Et non veritas iustitiae licet coram hominibus iustitiam ostendat
... [illegible] ... iustus est: non sed fomite corruptus
est in opere. Quod non potest ... nisi misericordia dei ... sit ... ideo inveniretur iniquitas in iustitia eius. Et quod etiam opera ipsa bona demissa sunt
ideo inveniuntur iniquitas ... Quod iniquitas non invenitur in credentibus et gementibus
et petentibus. Quod sumserit eos Christus de plenitudine puritatis sue: et tegit coram hoc imperfectum
quod et hoc petunt et sperant ab eo: illi autem non petunt, sed presumunt.

Corol.

Pesha — Scelera. Iniquitates. Crimina etc. respiciunt ipsa post mala opera et peccata
Hattaa — peccatum autem: fomitem qui ad hec ipsa inclinat et causa coram est. At sic arbor illorum
Aon — iniquitas iniustitia. Ipsa bona opera quae contra peccatum pugnant pro ... fiunt presertim si statuantur
pro iustitia: quod tamen non sunt: stulto nimirum. Sed indulgentia misericordie dei. Ideo per
se sunt iniquitates et iniustitie, et non iustitie: non equitatis sufficiente
Rasha — impietas autem est ipsa omnis iniustitie constitutio et peccati negatio. Ut sic peccata non
offerantur: et opera bona iustitie putantur. Sola autem scelera et crimina abominantur.
Quos sit ut habeant iusti: ideo sunt iniusti.

Dicis: utique ergo merita sanctorum nihil sunt? Respondeo quod non sunt coram
merita sed Christi in deo: propter quem deus eorum opera acceptat: que alioquin non
acceptaret. Unde et ipsi nunquam sciunt sese merita operari et habere. Sed omnia fiunt
tamen ut misericordiam inveniant et iudicium evadant, gemitu magis veniam sperantes
quam presumptione coronam expetentes. Mirabilis utique deus in sanctis
suis. Qui eos ita abscondit ut ipsi dum sancti sunt, non nisi prophanos sibi videntur
ita per spem misericordie: vita ipsorum abscondita est cum Christo in deo. Et per timorem
iudicii moriuntur et peccatum manifestum est cum ipsis apud se ipsos et in conspectu suo
semper. Sic iudicant in timore quod sciunt se ex se ipsis non posse iustos esse coram deo.
Et ita iudicium dei timent in operibus omnibus. Sicut Iob ait: Verebar omnia opera mea
sciens quod non parcis delinquenti. Et tamen ne desperent: misericordiam in Christo invenient.
Et ita exaudiuntur. Hec est sapientia abscondita in mysterio et veritas. Quod sicut
deus et consilium eius nobis ignota sunt: ita et iustitia nostra: quae in ipso et consilio eius

tota pendet. Sic ps. 5. Ecce enim veritatem dilexisti (i. veram iustitiam non figura-
lem & legalem, que tamen velut signum figurat, non autem est veritas.) Sed unde hoc
sciam? incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi (i. hoc scio quod talis iustitia
interior sola tibi placet: quam diligis quia veritas & plenitudo est. Scio ergo: Quia
sapientiam mihi dedisti in abscondito ut sciam. Docet. Expositio dei
preceptum implere non possumus: ac per hoc semper iniusti merito sumus. Nihil re-
stat, ut iudicium suum timeamus: & pro remissione iniustitie, immo pro non imputatione orem(us).
Quia nunquam remittitur omnino. Sed manet & indiget non imputatione. Sic ps. 2.
Servite domino (quod non nisi in hilaritate fieri & gaudio potest, sed quia perfecte non pot-
est) in timore: gaudete in timore servate. & exultate ei (scilicet propter misericordiam)
cum tremore propter peccatum reliquum quod iudicium meretur

Non enim per legem.

Iterum quod iustitia ex lege non sit: sed ex fide. per similitudinem & meritum utriusque
que lex & fides contraria merentur: Lex scilicet iram & amissionem promissionis, fides
autem gratiam & exhibitionem promissionis: q. d. Si preceptum & Christo non credere: saltem per
premium exspectationem credite. Quia per legem iram meruistis & vastationem. Sed per fidem gratiam &
possessionem totius mundi. Ideo & Abrahe non per legem sed per fidem promissio
data est. sic & vobis qui semen eius estis.

Lex iram operatur

Hoc extrinsece convenit legi quod operatur iram: (i. quia ipsa stante & non impleta (sic
stat quando fides abest) iram merentur ii quibus data est. b. Aug. c. 19 spiritu & lit.
Neque enim suo vitio non implebatur lex. Sed vitio prudentie carnis: quod vitium
per legem demonstrandum. per gratiam sanandum fuit. Ergo operatur iram (i. osten-
dit non impleta: iram dei illis: qui iram eius non perpendebant. Non ergo lex ma-
la. Sed mali quibus est data: quibus & iram operatur. aliis autem (i. credentibus) sa-
lutem: sed hoc non lex immo gratia operatur. Si ergo per legem esset promissio
cum ipsa iram operetur. sequitur quod promissio non sit promissio sed potius comminatio et
sic abolita promissio. ac per hoc & fides.

Si enim qui ex lege h.

Etiam aliud probat fidem exinaniri. Scilicet per abolitionem promissionis ex ira legis. Quia
per semen carnis. Si enim hoc satis est, est iustum & promissione dignum quod filii sint
carnis: ergo non est necessaria fides. Utquid ergo Abraham propter fidem iustificatus est &
dignus promissione repertus? Cur non & ipse propter carnem iustificatus est? frustra
ergo fides est. & frustra omnia de ipsa scripta. Quia enim per carnem & per
legem iustificari putant: fide non egent. Ut ipsi putant. Sed contrarium est. Quia per carnem
& legem potius condemnati sunt.

Non enim per legem (scilicet per iustitiam et opera legis sed non appellat Apostolus iustitiam legis sed absolute legem: quia et vere non est iustitia. Et tamen per legem intelligat iustitiam: patet ex opposito: Sed per iustitiam fidei: unde et hic sufficeret dicere sed per fidem. Igitur iustitia legis non fuit nisi [illegible] nomine legem

Et est iste textus ad precedentia confirmatio. Ubi dixit: ex iustitia fidei in preputio Abrahe fuerat: quia et gentes cum sedeantur in ista fide ut filii per semen erunt ei promissum fuerat futurum. Quia promissio utique precessit circumcisionem fidei et non per legem ei data est.   Et quia hec duo iungebat sed legem et semen, ideo utrumque dicit non sufficere ad promissionem obtinendam. Si [illegible] Ubi

iste duo textus. Exinanita est fides. abolita est promissio

possunt coniunctim et divisim accipi. Coniunctim ut simul mutuo referant et inferant. Ut in glosa dictum est. Ut sit sensus. Non per legem neque per semen "

"per semen" Vel si per semen (subintellige) Nec per legem etc. ergo fides et promissio cessant: Et ut fides cessaret // relinqueret. Et probat promissionem cessaret. quia per legem lex iram operatur: Et sic est textus perceptus et consensus. Quod sic plene esset ordinandus. ad hunc intellectum.

Non enim per legem aut per semen promissio Abrahe aut semini eius. ut esset heres mundi sed per iustitiam fidei: Si enim qui ex lege: et qui ex semine sunt heredes sunt exinanita est fides: abolita promissio: Lex enim iram operatur. Sed quia idem est semen esse et legem habere: quia ad posteros: ideo unum [illegible] unum aliud assumit.

Divisim. ut prior referatur ad precedentem: et posterior ad sequentem textum ut sit sensus. Si semen et carnalis generatio sufficit: ut iustificaret et dignos faceret hereditate: sequitur quod non sit necessaria fides ad iustificationem et dignitatem consequendam. quia qui iustus et dignus est iustificatione et dignificatione non eget. Sed cum hec ita falsum est. ut etiam contrarium fiat: quod spiritualis generatio que ex fide est. iustos et dignos faciat promissionis: et hec sancte sit sine illa: illa autem nequaquam. immo illa potius generatio seminis exinanita est. ut qui ex fide sunt: heredes sunt: Et qui ex semine exheredes. ut psalmo 126. Cum dederit dilectis suis somnum: Ecce hereditas domini filii. merces fructus ventris. Et Johannis 1. Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri Sed ex deo nati sunt. Et Johannis 3. Oportet vos denuo nasci ex aqua et spiritu. Et psalmo 21. Semen serviet ei annunciabitur domino etc. Et psalmo 44. pro patribus tuis nati sunt tibi filii etc. hec propositio sic probata (quod qui ex semine sunt non sunt heredes. Sed exinanitur potius seminis generatio ut statuatur fidei generatio: Ubi alii (scilicet: fidem exinanire generatio. et semen statuere) tunc sequitur quod et promissio aboleretur per legem propter sic et fides per semen quia lex potius iram operatur etc.   Quod intelligitur occasionaliter. Et ipsa

Ut sic ex ipso textu: Ubi enim non est lex etc.

propter prevaricationem operatur iram et minuunt promissionem: Quam tamen non esset si lex non esset. Lex enim divina sine fide est insufficiens etc. omnes arguit peccatores: et reos

prevaricatio iram operatur Si non operetur si lex non sit

constent: ac sic indignos promissione, immo dignos ira et vastitate. ac per quod promissiones in comminationem verterit. Unde occasio est ut lege omnia fiant et secundum legem veniant scilicet ut cognoscantur fieri et venire. Sed per legem cognitio peccati. Quia enim legem dedi sine fide et gratia: unde videtur quod prolixius esset et ira dignum: ergo evacuatur ei promissio

Quia patrem multarum

[illegible] Ante deum cui [?] Non est quod in libro. Sed tamen ex textu elicitur. Si recte consideretur. Quia si Abraham pater multarum gentium ponitur. Quero an carnaliter an spiritualiter? Carnaliter non pater. Quia et gentes fuerunt: futurumque erat ut que ex ipso nati non essent. Et tamen carnem pater esse permittitur. Sed si dicas quod omnes gentes delebuntur: et soli filii ex eo nati per mundum regnent: tunc erat unius gentis pater: non multarum. Si autem in servos redigentur et in servitute omnes gentes: tunc nec pater ipsorum: nec filii ipsius gentes: sed servi et ipsius domini gentium: ubi excluditur generatio et notatur oppressio et molestia [illegible] hanc oppressionem et dominium blande sibi pollicentur Iudei: et semper spe expectant: Igitur restat ut ante deum et in respectu eius et in spiritu pater tantum fore permittatur. Quod si dicatur etiam pater officio non futurus sit et nomine. Sicut Naaman Syrus a servis suis pater vocabatur. Et principes populorum patres patrie vocantur. Hec est nimis extenuare promissionem glorie: quod temporalis et vicaria ista est paternitas: Non autem et spiritualis pluribus competunt. Sic officiales isti patres: non sunt nisi ut suo patres: quo president [?]: ut in. Si autem adhuc paternitas non constet. Sed patrem fore dicat quo pater est et fuit filii abrahe in gentium que scriptura exponere statuit. Respondetur ut ad primum: Quia plurime gentes erant alie ab istis immo multo plures: quam iste. Ergo adhuc non esset pater istarum gentium multarum. Sed potius paucarum gentium pater: respectu aliarum. Sed nec ipsi Iudei hanc promissionem de istis solis intelligunt et expectant. Igitur ista possessio mundi in Christo impleta est: quando rex et dominus gentium est quas meliore victoria obtinuit: quam Iudei olim gentes Cananeas. Quia spiritualiter eas occidit gladio verbi: et impios pios faciendo et sic in eis regnando immo in carnem terra et possessionem.

Qui vivificat mortuos etc.

Hec licet historice verum sit: tamen magis pro confirmatione fidelium: spiritualiter intelligitur. quod Gentes erunt filii tui. Et licet nondum sint: et mortuum existent ut fiant. tamen deus potens est eas suscitare et vocare ut fiant et sint: Quo modo Iohannes bap. Luc. 3. Et ne dixeritis quod patrem habemus Abraham. Quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahe. Et ita est confortatio filii Abrahe: Confirmatio promissionis dei quod pater sit fieri pater multarum gentium: licet non ex suis viribus: tamen virtute dei. etc.

Qui contra spem

primum: spem: erat rem speratam naturalem qualis non tunc erat. Secundum vero spem rem supernaturalem speratam. Igitur utrobique spes: pro re speranda accipitur: non pro virtute. Et hic pulchre tangitur differentia spei hominum & spei christianorum. Quia spes hominum non est contra spem sed secundum spem: id est de facile possibilem fieri. Non enim sperant homines ubi contrarium rei sperande apparet sed vel simile initium vel certa potentia quod fieri possit. Unde hec spes est potius negativa quam affirmativa id est cum certis presumunt initiis futurum quod sperandum est: tunc demum sperant: quia non timent impedimentum eius quod sperant pro affirmativa quia vult est certa & secura: sed pro negativa cogitur incerta manere. Econtra spes christianorum de negativis est certa quia scit quod non potest venire vel impediri res speranda divinum spectans. Quia divinum non potest impedire. Sed in affirmativis valde est incerta cum nihil habeat possibile: in quo confidat sed omnia absondita nobis & contraria appareant. Vero est spes potius affirmativa quam negativa. Pro utroque dicit hic Apostolus: Quia Abraham credidit non consideravit corpus suum etc. quo ad affirmativam. Item quia non hesitavit diffidentia quo ad negativam. Quomodo sed quia quod promisit deus potens est & facere. Affirmativa extrinsece impugnant futurum & spem quod apparet: Sed negativa intrinsece quia hec pravis sunt molliores & infirmiora cordis: illa ad credendum illa vero obiecta credendorum vel contraria credendorum.

Dans gloriam deo

Ex hac sequitur. Quia sic credens deo glorificat: Ita per contrarium incredulitas deum inhonorat. 1 Joh. 5 Qui non credit filio eius: mendacem facit deum: Quia non credit in testimonium quod deus testificatus est de filio suo. Igitur credens deo: facit deum veracem: & se mendacem: quia discredit suo sensui tamquam falso: ut credat verbo dei tamquam vero: quod adversatur omnino suo sensui proprio. Sic Ro. 3 ut iustificeris in sermonibus tuis etc. Deus verax: omnis homo mendax id est discredat sibi & credat deo. Et sic: fiat ipse mendax. Deus autem verax. Unde dicit b. Aug. Quia deus colitur fide spe & charitate. Et contrario vero dicitur. Quia in credens posse offendatur deus dicendum sed infidelitate desperatione odio.

Qui traditus est

Mors christi est mors peccati: Et resurrectio eius vita iustitie: quia per mortem suam satisfecit pro peccato. & per resurrectionem suam contulit nobis iustitiam. Et sic mors eius non solum significat sed etiam facit remissionem peccati: tamquam satisfactio sufficientissima. Et resurrectio eius non tantum est sacramentum iustitie nostre: sed etiam efficit eam in nobis si eam credimus & est causa. De qua re infra latius. Hoc totum scholastici theologi. Unam dicunt mutationem expulsionem peccati & infusionem gratie.

pacem habemus. Ista est pax de qua canitur in omnibus prophetis: spiritualis. Quae & ideo
tollit ad deum. Et hec figurata est olim in omni pace filiorum Israel. Unde & Christus est in ipsa. geni
rex pacificus & Salomon dicitur. Ephe. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum. et de consti[tutione] & fide ... in deum. Sed
veniens evangelizavit pacem vobis qui longe fuistis: & pacem his qui prope. Isa. 57. ... eius turbatio spiri-
Et Joh. 16. Ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis. ~~Et aliam ... Matth.~~ ritualis est inge-
Alia pax est carnalis de qua Matth. 10. Non veni pacem mittere sed gladium. Unde & ... tentio consta ... &
illud Ps. 71. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Neque de pace temporali est ... in deo
intelligendum, quod sub Augusto fuit: ut multi putant. Sed de hac spirituali: ad deum. Unde ... Quam
Sed Notandum Quod Apostolus pacem habere spiritualem non nisi ... iustitiam ponit ... oratio
Quae pax ... iustificati ex fide. Et sic pacem habemus. Ita & Ps. 84. iustitia & pax. & ... nisi
osculatae sunt. Prior ... iustitia quam pax. Et oriet in diebus iustitia & abundantia pacis ... Quae ...
Et ... Ps. 1. ... propter ... dicit pacem quam iustitiam. ... intra pena est illa ... Ps. ... palmas ... sunt
... Antithesin Apostoli his verbis videtur ... venti

Iustus habet pacem ad deum: Sed pressuram ad mundum: quia vivit in spiritu
Iniustus habet pacem ad mundum. Sed pressuram [tribulationem] ad deum, quia vivit in carne
Sed sicut spiritus est eternus: Ita pax iusti & tribulatio iniusti eterna erit
Et sicut caro est temporalis. Ita tribulatio iusti & pax iniusti temporalis erit
Unde Isa. 57. & 48. Non est pax impiis dicit dominus, scilicet spiritualis. Quae vero est pax impiorum
Ps. 72. Zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns. Et 27. Qui loquuntur pacem cum
proximo suo, mala autem (i. non pax, sed turbatio & inquietudo ad deum) in cordibus eorum.

Per quem habemus accessum per fidem

Utilissime utrumque Apostolus coniungit utrumque per Christum & per fidem: Unde & supra iusti-
ficati ex fide, per dominum nostrum &c. primo contra presumptuosos: qui sine Christo confidunt
accedere ad deum: quasi sufficiat eis credidisse. ac sic sola fide non per Christum. Sed iuxta
Christum velut ultra Christo non egentes: post acceptam gratiam iustificantem. Ut sunt nunc multi
qui ex operibus fidei quasi sibi faciunt opera legis & literae. dum accepta fide per baptismum
vel penitentiam iam personaliter quasi ipsi sine Christo deo placeant: Cum utrumque sit necessarium: Sed
fidem quod habet, sed ut Christum adhuc sit necessarium habere: in tali fide mediatorem. Unde Ps. 90.
Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur. habitatque fecit
fides, sed protectionem & adiutorium Christus. Et in scapulis suis obumbrabit tibi & sub pennis
eius sperabis. Et Mala. 4. Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiae et
salus in pennis eius. Et Ps. 30. Esto mihi in deum protectorem & in domum refugii. habitationis
et iterum Ps. 89. Domine refugium factus es nobis. Has enim & similes auctoritates omnes hic
Apostolus exponit & multa alia figuralia legis. Sed horribilior haec superbia
... quod & ... Qui quod crediderint in Christum: iam salvi & perfecte sufficienter iusti
sibi videntur. atque iniusti esse & habere ac salvi nolunt. Quod tamen hoc est nisi ...
Christum abiicere & ex fide tamen: non autem per Christum eam accedere velle. Immo nec fides quod tamen
est sed videtur esse. Sic ... solis: radius eius & lux solis recedit. Quia autem ...
est: non sic lucem estimat, quod sole non indigeat: immo solem & lucem sit habere semper

Hi ergo perficiunt & non fit per Christum accessus immo recedunt. Secundo sunt eorum qui nimium securi recedunt per Christum: non perficiunt. Qui sic per Christum salvandi sunt ut ipsi nihil operentur. Nihil exhibeant de fide. Hi nimiam habent fidem immo nullam. Quare utrumque fieri oportet: perficiendum per Christum: ut in fide Christi omnia quae possumus faciamus ac patiamur. Et tamen non operibus ~~valeat~~ sicut multis ~~videtur~~ nos agnoscamus per Christum solum sufficientes nos efficiamur ad accessum Dei. Omnibus enim operibus fidei id agitur. Ut Christo & mysteriis eius refugio ac protectione digni efficiamur. Desperantis ergo ex fide & remissione peccatorum accessum habemus & pacem. Sed per ipsum Christum dominum nostrum. Hinc est contemnuntur hi. Qui secundum mysticam theologiam in tenebras interiores nituntur omissis imaginibus passionis Christi: ipsum verbum increatum audire & contemplari non [illegible]. Sed nondum prius iustificatis & purgatis oculis cordis per verbum incarnatum. Cum enim incarnatum ad puritatem primo cordis est necessarium quae habita tunc demum per ipsum rapi in verbum increatum per Anagogen. Sed quis tam est mundus sibi videtur ut ad hoc audeat aspirare? Nisi vocetur & rapiatur a deo ut Apostolus paulo Et assumatur cum petro Jacobo & Johanne fratre eius. Denique raptus ille non accessus vocatur.

Tribulat.

Ex hoc textu patet clare distinctio illa duplicis rei: dei & [illegible] & tribulationis. Quae quidem est [illegible]: alia benignitatis: benignitate [illegible] tur sua. operatur non nisi optima ut sequitur hic: Licet per amicos aliud operetur non suo sed infirmitate nostra: eius qui tribulatur qui ignorat naturam tribulationis & virtutem & operis. Sed iudicat eam ac existimat sibi facere inimicos: Unde sic velut ipsa Crux Christi adorata   Corol.

Qualia & qualem invenit tribulatio: talia ac talem magis facit. Ut si est carnalis & infirmus ignavus malus: iracundus superbus: ut tentatus [illegible] fit carnalior & infirmior ignavior peior iracundior superbior ut [illegible]. Si est spiritualis fortis: sapiens [illegible] mitis humilis fit spiritualior fortior sapientior melior mitior humilior. Psalmo 4 In tribulatione dilatasti mihi. Sed de illis Matthaei 7 venerunt flumina & venti & irruerunt in domum & facta est ruina eius magna.

Stulte dicunt Qui iracundiam vel impatientiam suam imputant offendenti vel tribulationi Quia tribulatio non facit impatientem sed ostendit eum fuisse & esse impatientem. Sicut gladius serpentem agnoscit ex tribulatione: Hieronymus. Qualis sit unusquisque, ut imperiosus sic nullus venit [illegible]

Stulti & pueriles immo hypocritae sunt: Qui cruces & reliquias externas summa veneratione. Et tribulationes adversitatesque fugiunt & abominantur: Sic quod Tribulationis in [illegible] ipsae vocantur crux Christi. 1 Cor. 1. Ut non evacuetur crux Christi Et ad Gal. 5. Quid adhuc persecutionem patior? Ergo evacuatum est scandalum crucis Christi Et Phil. 3. Multi ambulant quos flens dico inimicos crucis Christi. Sed nostri theologi & [illegible] nihil aliud per inimicos crucis Christi intelligunt: nisi Turcas & Iudaeos [illegible] Colonienses contra Joh. Reuchlin. Et Bulla Apostolica & Aristotelica Glossa

Qui non accepit crucem suam & sequitur me.

Sed isti sunt pessimi inimici crucis Christi: Et verum est quod dicitur Amici crucis
sunt inimici eius secundum illud ps. 37 Amici mei et proximi mei adversum
me. Et qui me laudabant adversum me iurabant. Nam quis crucis
volunt tribulari: quis pati? quis pontifices et divites? Immo quod crucis dantes
voluptates omnes: honores et glorias quaerit?

Nemo debet dubitare: quin sit non christianus sed verus inimicus Christi quicumque
noluerit tribulari: quod licet de omnibus dicitur. Gloriamur etc. Act. 14. per multas
oportet nos tribulationes etc. Oportet ait: non contingit vel libet aut libere
et 1 petri. Nunc si oportet modicum tribulari in variis etc. Oportet inquit (i.
profectus non aliter fiet

Sed Nota

Duo genera sunt inimicorum crucis Christi: primum est violentorum alterum astutorum
Violenti sunt: qui per vim crucem Christi exportare volunt. Et tribus rationibus suis
in ipsum feriunt: ii sunt qui vindictas quaerunt in offensis. Et non volunt nec possunt
quieti esse donec vindicentur. Et ii in multa mala ruunt. Ut odium: de
tractorum maledicta. gaudia de malo proximi. et dolor de bono eius
Astuti autem sunt qui fuga crucem destruunt: sed quod nulli dicere et facere nolunt
veritatem: sed omnibus placere: palpare: adulare: nullum offendere. Vel certe
in solitudinem (i. salutem ea causa) tendentes: Et hos propter Gal. 6. tangit: qui
dicit. Quicumque enim volunt placere in carne: ii cogunt vos circumcidi. ut [illegible]
crucis Christi persecutionem non patiantur

Nota.

quod ista Climax sive gradatio ista. est a contrario scilicet illis qui non sunt in gratia
ista. Sed quod Tribulationes operantur operationes impatientiam autem reprobationes. Reprobatio vero despe
rationem. desperatio autem Confusionem aeternam: Et sic tamen [illegible] descendetur
(i. dispensionem fiesse cognoscitur non perficitur) in cordibus istorum per spiritum mali
subinde quorum traduntur etc. Ideo dixi quod impatiens non sit admodum christianus
coram deo saltem: quod reprobus inveniatur per tribulationem.
Unde Cum deus habeat nomen Salvatoris: Adiutoris in tribulationibus: ii multi locis
qui noluerint pati: quantum in ipso est spoliant eum suis propriis titulis et nominibus.
Sic enim Nullus erit ei locus Ihesus. i. salvator. quod non nihil est damnatum: Nullus
ei deus creator. quod non nihil est nihil: cui ille sit creator: Nullius est potens
sapiens bonus. quod non nihil in desiderio: stultitia peccatum suspicere enim

Patientia [illegible]

Nota est distinctio impatientiae et [illegible] ex [illegible] irae. quas deus Matthei 5
exponere illud preceptum. Non occides. Sed impatientia [illegible] est irae: Et cum

effectus minuisse. Nisi quis disciplinam ab ira saepe. Tunc enim eius potest sic
interiores motus quam exteriores. Ac impatiens in nullo est patiens.
Sed patientiae gradus hic manifeste insinuat Apostolus. Quos bap. Mant.
li. 3. ... satis apte distinxit. Quorum infimus est sustinere quidem sed cum
difficultate: et eo animo ut mallet esse liber a tentatore. Secundus et medius
cum hilaritate quidem sustinere ac volente, sed non quaerere. Supremus autem cum desiderio
quaerere et procurare tribulationes velut thesauros: Et haec vox est. Gloriamur
in tribulationibus. Et illud Gal. 6. Nos autem oportet gloriari in cruce domini nostri Iesu

Probatio vero

probatio hic in bonum accipitur. Sed pro fine tribulationis quae per tribulationem
quaeritur. Deus enim nullum iustum suscipit: quem non prius probaverit: probat
autem non nisi per tribulationis ignem. Ut ps. 16. Igne me examinasti et non est
inventa in me iniquitas. Et illud Eccl. Qui placuit deo et [illegible]
cum iustis. Et Iac. Qui timuerit cum suis [illegible] Sic ps. 10. Dominus interrogat
iustum et impium etc. Ad hanc igitur probationem non pervenitur nisi per
patientiam. Et fit ista examinatio. Ut appareat veritas suorum affectuum
i. ut quid cognoscat [illegible] Utrum scilicet vere deum super omnia diligat. Quod deus sine examinatore cognoscit
Sic ps. 138. Proba me deus et scito cor meum (i. fac notum etc.)
interroga me et cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis
in me est: et deduc me in via aeterna. Hic poterit exprimi causa
cur deus bonos tribulet vel probet (i. probatos faciat) per patientiam. Quia

Nisi deus per tribulationem nos examinaret
impossibile esset ut ullus homo salvus fieret

Ratio est: Quia natura nostra vitio primi parentis: tam corrupta est in seipsa [illegible]
ut non solum optima dona dei sibi inflectat [illegible] fruatur. (Ut in dispo-
sitionibus et corporibus.) Immo et ipso deo utatur ad illa consequenda. Verum
cum hoc ipsum ignoret. Quia tam magnum: tenuem: et pravum omnium est donum: propter
seipsum quaerat. Sic Ierem. 17. Pravum est cor hominis: et inscrutabile: quis cognoscet illud.
(i. ita occultum in se. Ut nullus homo (spiritualis scilicet etc. sine tentatione) scire
possit. Sic ps. 18. Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me etc.
Et 31. pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Hoc autem vitium
propriissimo nomine [illegible]. Aon (i. iniquitatem. pravitatem: curvitatem) appellat
Et de hoc latissime docet 1. sen. dis. 1. disputat de frui et uti et de
amore amicitiae et amore concupiscentiae. Quo circa si iniquitatem deserere: seipsum
impotentia. Vel saltem minus impotentiam: talem curvitatem: quod novo est in
mira trahit [illegible] lex morte ferret omnia ... : illa autem [illegible] et sua conferret.
Igitur optimus deus: posteaquam instituerunt et dona sua spiritualia dedit: [illegible]

impia illa natura in ea erat fructura illis: cum sint multum admirabilia & fructus vehementer mirantur: mox tribulat: exercet: examinat: ne tali ignorantia homo pereat ineternum: hec enim discit homo propter deum amare & colere deum non propter gratias & dona: sed propter ipsum solum deum colere: hic flagellat omnem filium quem recipit: Quod nisi faceret: filius delicatus nimis hereditate acceptus: cito luxuriaret in fructibus acceptis gratiis. & quomodo post per omnem partem offenderet. Igitur optimus ordo est Apostoli & tribulatio patientiam. patientia vero probationem. probatio spem

Spes autem non confundit

hec probatione humana ut dixi: spes confunderet: immo non esset spes. Sed spes proprio sine quod primus esset: fruitio creaturae. pro creatore: In qua si maneret numquam non confunderetur. ergo tribulatio per quam patiens: fit probatus. deus tollit omnia & inducit ac omnia dereliquerit: quem nec in corporalibus nec in spiritualibus invenit: sinit auxilium & salutem videri: in desperare facit homines de omnibus creaturis. & ab eis exire & a seipso. ac ipse solo & omnia: in solo deo auxilium querere. hoc enim est sperare: & spem fieri per probationem. Ubi vero desperati. qui in suis virtutibus confisi sunt: confidere: quanti esse & tribulationes noluerunt sustinere: ut probarentur. in novissimo examini ignorantes quomodo in medium deum spondsit: caecitatis suis substantiis & meritis operum suorum: ruent & ipsi ineternum: Quia spes eorum non fuit spes sed perversa presumptio in opera & iustitias suas proprias

Variantes [illegible]: & duplex est tribulatio

Prima Corporalis: in qua deficiunt Carnales: qui propter carnalia bona in rebus corporis: fama. deficiunt. & recedunt a deo & desperant per impatientiam suam ac ita tradunt semetipsos in carnem. & relinquunt deum. de quibus Apostolus ephe: qui desperantes tradiderunt semetipsos inpudicitiae

Altera est conscientiae & spiritualis. Ubi iustitia propria & sapientia omnis devoratur & absorbetur. in quibus fidebat. de quibus dicit Salvator: Cum fortis armatus: si autem fortior supervenerit. & vicerit eum: universa eius arma auferet. & alligabit eum ac spolia eius distribuet. Sic hominis iustitiis suis minimum exuerit. & eos ad regni voluntatem fieri: non in propriam complacentiam fieri docebit

Quia Charitas dei

Hoc verbum debet intelligi: tamquam ratio reddita: immo eruditio in spiritu sancto facta & unde possimus gloriari in tribulationibus. Sed ut dixi. quia ex nobis hoc est impossibile fieri. Nec nostra virtute. sed charitate quae per spiritum sanctum donatum

Igitur Charitas dei: que e(st) purissima affectio in deum: que sola facit rectos corde. sola aufert iniquitatem. sola extinguit fomitem proprie iusticie. Qui enim non sui sed solum et purum deum diligit: non dona sua dei: sic superiorem iusticiam: ideo cum assumit bona corporalia vel spiritualia: non extollitur. Versum cum destituit et affluunt mala corporalia vel spiritualia non frangitur. Scientia autem inflat sic et iusticia: Ignorantia humiliat sic et peccatum. Charitas autem omnia destruit et gloriando. Ideo Nota ex

Charitas dei dicitur quia per eam solum deum diligimus: Ubi nihil visibile nihil experimentale nec cuius nec foris est. neque quod confidatur. aut quod ametur aut timeatur. Sed super omnia: in invisibilem deum et inexperimentalem: inapprehensibilem. Sed in medias tenebras interiores rapitur. nesciens quod amet. sciens autem quod non amat et omne cognitum et expertum fastidiens. Et id quod nondum cognoscit plus desiderans dicens. Cum amore Languido scilicet quod habeo nolo et quod volo non habeo. Hec autem domum longissime abest ab iis. qui suas iusticias admirantur videant et diligunt et non visa. trahuntur aut desperant. Visis autem confidunt et securiores fiunt. Ideo non gloriantur in tribulationibus non probantur. non spirant.

Igitur Non ex nobis hanc sublimem virtutem Apostolus asserit in nobis esse. Sed

1 a deo effundendam [struck] Ut spiritum. Diffusa. non usque nata vel orta in nobis

2 et per spiritum sanctum. non per virtutes et consuetudines acquisita sicut Morales virtutes

3 In cordibus nostris scilicet in intima et medium ac medullas cordis. Non in superficie cordis. sicut est summa superficie agnitionis. Talis est enim superstitiosorum charitas Qui superficie fingunt et simulant se habere charitatem. Sed textus probat cor eorum impium et superbum in intimis latentem.

4 Qui datus est nobis scilicet qui non meritis. Immo vehementer contrariis meritis. Quod autem hoc sit. probat ex sequenti. Vere datus est et non meritis. Nam enim christus pro infirmis mortuus est non usque perfectis et dignis.

5 Igitur Charitas dicitur ad differentiam ignorantissimi et vilissimi amoris: quo creatura diligitur. Que charitas dicitur chara et pretiose diligere: Sicut enim deum super omnia estimare: est enim pretiosa dilectio scilicet Charitas diligere: Diligere autem propter dona et propter comoda: est vilissima dilectio scilicet concupiscentia eum diligere. Quod est vere dei. et non sui.

6 Dei dicitur. Quia solus deus ea diligitur. et proximus non nisi propter deum scilicet quia deus ea vult. et voluntatem super omnia diligit.

Nota ex

Que Charitatem cordis non est nisi cor ipsum intimum et medulla cordis: per quam sit ista differentia filiorum et servorum. Quod filii dei hilariter: voluntarie. gratuito servunt deo. non timendo penam. nec cupiendo gloriam. Sed solam voluntatem dei. Servi vero coacti: timendo penam et hic timide et difficulter: Vel cupiendo mercedem et tunc voluntarie sed mercennaria voluntate. Nisi autem propter voluntatem dei absolute

Magnus ut [illegible] In tribulatione fugiunt & mercenarius recedit: plus ad pecuniam aspirat. Ut Ioh 10 Mercenarius autem fugit

Unde dicit illis Malach. 1. Quis est in vobis: qui claudat ostia: & incendat altare meum gratuito? Et sequitur. Non est voluntas mihi in vobis, dicit dominus exercituum. Cum tamen illi maxime sperarent & crederent voluntatem dei in ipsis esse. Unde ibidem in dominus exercituum. Offertis super altare meum panem pollutum. Ipsi volebant hoc non per ... contenderent: In quo polluimus te? q.d. omnia facimus quae praecepisti. Et dicit dominus Si offeratis caecum ad immolandum nonne malum est? Et si offeratis claudum & languidum nonne malum est? Hoc est quia sine charitate sed cum gratia proprii commodi ut mercenarii deum colunt. non habent oculum simplicem: quia solum [illegible] deum videt. deum nihil videt nisi quae sua sunt, aut aliis creaturis

Et [illegible] Notandum

Quod Apostolus fontem totius virtutis copulet. Charitas inquit per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quia non satis est habere donum: nisi sit & donator secum. Sic petivit & Moses Exo. 33. Si non tu ipse praecedas nos, ne educas nos de loco isto &c. Verumtamen [illegible] soli Charitati tribuit Apostolus praestantiam, sit & donatio spiritus sancti ipsa. Quia Extra omnia dona. 1. Cor. 12. ab eodem spiritu data; dicit sed non ipsius spiritus. Sed hic de charitate dicit. Quia non datur nisi primo dato ipso spiritu qui eam diffundat in cordibus nostris ubi autem dicit. Haec omnia autem operatur unus atque idem spiritus. Unde & sequitur ibidem Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Vel saltem si in aliis donatur non tamen in aliis difficilis charitatis

Illud: Secundum tempus:

Alii referunt: ad sequentem orationem. Ut sit sensus. Cum infirmi essemus: secundum tempus pro impiis mortuus est: q.d. hic sit aeternalis mortis tamen temporalem mortem. Mortuus propter tempus quo in tempore vivebat. Sed est vivus propter divinitatem quae in aeternitate manet. Alii sic. Mortuus est secundum tempus cum infirmi essemus (i. eo tempore est mortuus cum adhuc non essemus iusti & sani sed infirmi & aegroti ~~Et sic refertur in praeterito~~ Et hic melior est sensus. Ut ex sequentibus. Si cum inimici essemus Ut sic [illegible] reconciliari sumus deo per mortem filii eius. Alii autem in praesenti: Ut sit sensus secundum tempus cum infirmi essemus secundum tempus: hic in tota deo essemus in praedestinatione iusti. Quia sicut illud [illegible] in praedestinatione dei omnia facta iam sunt: quae in rebus adhuc futura sunt. [illegible] erant essemus

77

Per unum hominem peccatum

Quod Apostolus hoc loco de peccato originali loquatur & non actuali. Multis probatur & sententiis ex eo.

1 Primo quia dicit per unum hominem: Unde b. Aug. con. pelagianos li. 1. de pec. remi. Et si Apostolus peccatum illud commemorare voluisset quod in hunc mundum non propagatione sed imitatione intrauerit: eius principem non Adam sed diabolum diceret. de quo dicitur Sap. 2. Imitantur autem illum qui sunt ex parte eius. Ideo & Adam eum fuit imitatus & principem habent peccati sui diabolum. hic autem dicit per hominem. Actualia enim omnia per diabolum intrant & intrauerunt in mundum; sed originale per hominem. Et infra ibidem b. Aug. Proinde Apostolus cum peccatum illud ac mortem commemoraret, quae ab uno in omnes propagatione transissent, eum principem posuit: a quo propagatio generis humani sumpsit exordium. Ex alia particula

Et Crisost. hoc loco. Manifestum ergo quod non peccatum illud quod ex transgressione legis, & peccatum Ade inobedientia hoc est quod communicauit omnibus

2 Secundo quia dicit per unum. Quod actualia peccata per multos, quia per singulos suum proprium intrat in mundum.

3. Tertio quia dicit intrat in mundum. Sed nullum actuale intrat in mundum. Sed uniuscuiusque peccatum est suum ipsius. Ut Ezechiel 18. Unusquisque peccatum suum portabit. Ideo non intrat in alios, sed manet in ipso solo. Quod autem mundus hoc loco non coelum & terram, sed homines

\+ in mundo sunt patet ex Sap. 2. Quo diaboli intrauit hunc mundum? Et 1 Ioh. 5. Totus mundus in maligno positus est. Ioh. 3. Sic deus dilexit mundum. Et 15. Si mundus vos odit scitote quia me. Ego elegi vos de mundo. Et ratio: Quia corporalis mundus insensibilis est nec capax peccati ut in ipsum intret peccatum aut mors. Non enim moritur nec peccat, sed homo peccat & moritur. Ergo peccatum intrare in mundum est mundum reum fieri & peccatorem per unum hominem. Ut infra. Si unius delicto peccatores constituti sunt multi.

4 Quarto per ipsum mors: Quod certum est quod mors mundi (id est omnium hominum) non de proprio peccato venit. Cum moriantur (ut sequitur) qui non peccauerunt. Si ergo mors per peccatum & sine peccato non est mors. Ergo peccatum in omnibus est. Non proprium quod. Alioquin sine esset quod per peccatum mors intrasset. Sed per voluntatem dei dicere debuit.

5 Quinto. Quod in omnes mors pertransiit: propria autem quod si mors intret, in solo ipso qui operatur. Ut lex dicit. Non morientur patres pro filiis etc.

6. Sexto quod peccatum dicit singulariter de uno. Quod si de actuali intelligi vellet, pluraliter diceret. Ut infra. Ex multis delictis. Ubi manifeste illud unum opponit multis aliis, et ex eo maiorem efficaciam gratiae gloriatur quam peccati est.

7 Septimo in quo omnes peccauerunt: Sed nullum aliud est in quo omnes peccauerint nisi proprium peccatum. Sed unusquisque in se peccat.

8 Octavo. Usque ad legem peccatum erat in mundo. Sed actuale autem quod ante Mosen fuit & imputabatur quod & puniebatur ab hominibus. hoc autem erat incognitum donec ipsum manifestaret Moses Gen. 3.

9 Nono. Quod hic dicit quod non peccauerunt in similitudinem praevaricationis Adae, i. peccato suo imitatione. Ut pelagius voluit. Sed actuali utique omnes peccant qui sunt ipsius.

10 Decimo. Quod per illud Adam est forma futuri. Sed non per actuale alios omnes vitiauit forma Christi. Sed nunc plus Adam propter diffusionem unius peccati sui in omnes est forma Christi.

Cur dicis alieno peccato nos damnari

Sed adhuc ad confutandum & contundendum pervicaciam hereticorum sceleratorum quod in spiritu
prudenter exponit quod Adam sit forma Christi. Non amplius loquitur: tantum in singulari;
ne forte cavillator negaret dicens. Accipit peccatum collective singulare pro plurali
more scripture frequentissimo. Ideo dicit expresse. per unum peccantem: ex uno
in condempnationem. Nec unius delicto peccatores mortui etc. Nec per unius delictum: per unius
inobedientiam. Et maxime urget comparatio ista. Ex uno in condempnationem: gratia autem
ex multis delictis in iustificationem. Nam & iudicium (ut b. Aug. li. 12.) ex multis
delictis in condempnationem diceret. Cum ergo hoc non dicat. sed ex uno: dicat. facile patet
quod de originali peccato dicit. Nec. Abnegat quod peccaverint: nisi unius.
quia dicit unius delicto. per unius delictum. per unum peccantem, etc. Ecce quomodo sit verum
esse unius solius peccatum. unum solum peccatum solius est. Unius tamen cohibens. Et
tamen multi propter ipsum peccatores & inobedientes facti sunt

Quid ergo nunc est peccatum originale?

Primo secundum subtilitates scolasticorum theologorum: Est privatio seu carentia iusticie
originalis. iusticia autem secundum eos. est in voluntate tantum subiective ergo & privatio
eius opposita. Quia est in predicamento qualitatis. secundum Logicam & methaphysicam
Secundum autem Apostolum & simplicitatem sensus in Christo Jesu. Est non tantum privatio
qualitatis in anima: voluntate. immo nec tantum privatio lucis in intellectu. virtutis in
memoria sed prorsus privatio universe rectitudinis & potentie omnium virium
tam corporis quam anime ac totius hominis interioris & exterioris: insuper & pronitas ipsa
ad malum. Nausea ad bonum: fastidium lucis & sapientie: dilectio autem erroris ac te-
nebrarum: fuga & abominatio bonorum operum: cursus autem ad malum. sicut
scriptum est. Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt. Et Gen. 8. sensus enim
& cogitatio cordis humani ad malum prona sunt. Non enim istam privationem tantum deus
odit & imputat (sicut multi peccatum suum obliti & non agnoscentes.) Sed universam
istam concupiscentiam. Qua fit ut inobedientes simus huic mandato Non concupisces
sicut Apostolus R. c. 7. clarissime disputat. Hoc enim preceptum ostendit nobis peccatum
sicut Apostolus ait. Concupiscentiam nesciebam esse peccatum. nisi lex diceret. Non concupisces
Igitur sicut antiqui patres sancti recte dixerunt. peccatum illud originale Est ipse fomes
lex carnis. lex membrorum. Languor nature. Tyrannus: Morbus originis etc.
Est enim sicut in egroto: cuius egritudo mortalis. non tantum est unius membri privata sanitas
sed ultra sanitatem omnium membrorum privatam: debilitatio omnium sensuum & virium: insuper
Nausea eorum que salubria sunt: & cupiditas eorum que noxia sunt. Ista ergo
Est hydra illa multiceps: monstrum nostrum pertinacissimum: cum quo pugnamus in Lerna huius vite
usque ad mortem: hic Cerberus latrator ~~rebellis sine fine~~ irrepressibilis Et Antheus
in terra dimissus: insuperabilis. Hanc originalis peccati apud nullum
invenio tam claram resolutionem quam apud Gerardum Groot in tractatulo suo Beatus vir
Qui loquitur non ut temerarius philosophus. Sed ut sanus theologus

Corol.

Putare ergo peccatum deleri est solam gratiam iustitie in voluntate. hec est occasionem dare tepiditati. & resolvere totum conatum purgationis: immo superbiam & presumptionem plantare. Et immo gratiam dei evacuare: humilitatem destruere: Mandatum dei irritum facere: ac sic penitus damnare. Hi saltem sic sonant intelligantur: Unde enim alter adversus alterum sublime sapit: quia se absolutum a peccato cognoscit in quo illum adhuc agere videt.

Unde enim multi et humiles eorum docent: satagunt peccata propria exaggerare & possibilia bona & prestantia occultare. Ut nos attente humiles sint. Bona eruditio. Sed error est eum manifeste peccata: quia: ac si correctio superbie. videri alterius complacentes (quod illa sepissime solent.) sinunt in nobis dominari. Quia ipsa causa humilitatis est. Quod peccatum in nobis manet: sed non dominatur nobis. Quod subiectum est spiritui ut ipse destruat ipsum quod prius regnavit super ipsum. Ideo si quis alium despicit peccatorem, iam dominatur ei peccatum cum despicitur. Quia cum & ipse sit peccator: se iustum comparat alteri: ac sic mendax efficitur. Et se peccatorem: non peccatorem facit. Quod est contra veritatem. Item. Et iudicare prohibitum est. Et tamen iudicat. Iudicare autem nisi superior & melior non potest. Ergo eo ipso se superbe alteri prefert & peccat. Sic nullum peccatum aliud faceret Nisi quod se peccatorem oblitus iustum asserit sibi ipsi. Quem ergo cognoscit peccatum in se esse: nunc dominatur: certe timeret ne serviat ei. Immo ne videret. Quem si videret sic ipse deus ei diceret. Cur tu velut iustus iudicas in sic iniustos? Et si fuisti iustus: tu qui in tua iustitia confidis. nec polluisti eam. & despicis fuisti iniustitia: Deum & peccatum tuum iustitiam statuis. & iustitiam tuam verbis.

Intravit

Signanter verbo utitur Apostolus: ut peccatum originale non ab hominibus ~~...~~ ad eos potius venire significet. Quod actuale peccatum natura est. Ut exeat ex nobis. sic ait D. De corde enim exeunt cogitationes male. Sed hoc peccatum intrat ad eos & non egreditur sed permanet ipsum. Sicut & Moses Exo. 34 Et egressus est hic nullus.

In quo omnes peccaverunt

Hoc ambiguum est in greco. Aut Masculinum. Vel Neutrum. Ideo in utroque accipi voluisse Apostolus videtur. Unde & b. Aug. ... c. 7. pro utroque exponit. Id est in quo omnes peccaverunt. Certum manifestumque est aliam esse propriam in quibus unusquisque peccat: aliud peccatum Aliud hoc unum. in quo omnes peccaverunt. Quando omnes unus ille homo fuerunt. Et quo verbo Aug. saepe videtur de peccato originali. sed ipsum peccatum primum signat sed Ade. Quod ipse peccaverunt: de actuali exponit ope: & non tamen de reatus transfusione sequitur. Si autem unus ille homo: & non peccatum intelligitur. Audiatur: In quo uno homine omnes peccaverunt. Quid hac ista manifestatione manifestius? Sed prima melius ad sequentia: Quod id est. Si unius delicto peccatores constituti sunt multi: quod est quod omnes peccaverunt in peccato unius sunt & sic tamen ordinem interpone (Peccato unius peccaverunt: omnes peccaverunt. Sicut Isa. 43 Narra si quid habes ut iustificeris. Pater tuus primus peccavit. Id est. Non potes iustificari. Quod filius Ade es: qui peccavit primus. Ergo & tu peccator: quia filius peccatoris. Peccator autem non nisi peccatorem sibi similem generare potest.

Usque ad legem peccatum erat in mundo

Hic B. Aug. sic :. Nec lex potuit auferre peccatum. Siue ipsa naturalis siue scripta. Ex
operibus legis iustificari nemo potuit. Et alibi li. Expositionis: Usque ad legem peccatum
in mundo fuit: intelligendum est quousque veniret gratia: Contra eos enim dicit qui per legem
arbitrantur auferri posse peccata. Dicit autem manifesta esse peccata per legem, non ablata: cum
dicit peccatum autem non deputabatur: cum lex non esset. Non enim ait Non erat, sed non
deputabatur. Neque enim lex data est, ablatum est, sed deputari cepit .i. apparere. Non
ergo putemus usque ad legem: ita dictum esse: quasi iam sub lege non esset peccatum. Sed
sic dictum est usque ad legem ut totum legis tempus annumeres usque ad finem legis qui est Christus.

Et sic B. Aug. Aliud usque ad legem in illa affirmatione: Erat peccatum: accipi
est tunc minus est dicere ~~...~~ Et peccatum non tamen usque ad legem erat sed multo
magis sub lege: quia intrauit ut abundaret delictum. Sed si accipiatur cum ista
negatione: non deputabatur: tunc non est noua ista violentia: suspensionis usque ad legem
quod utique finem indicat: Ut sit sensus. Usque ad legem peccatum (quod in mundo tamen ~~erat~~
scilicet et non imputabatur. q. d. tamen dico non fuit imputatum et cognitum donec lex veniret
quia non propterea tamen esse. Ex iam erat, sed in cognosci peperit. Vel sic. Usque ad legem
peccatum erat in mundo (i. solummodo erat. tamen in esse fuit. Sed per legem. ultra hoc quod erat
et manebat: insuper agnoscebatur. Et sic non intelligitur peccatum usque ad legem fuisse
et tunc cessasse, sed cognitionem suam accepisse quam prius non habuit. Et hunc sensum clare
satis dant verba Apostoli. Sed peccatum non deputabatur cum lex non esset: q. d. per legem
ad quam usque fuit non est ablatum, sed deputatum.

Regnauit Mors

Ad penam mortis fuit nota et cognita experimentaliter omnibus. Sed non causa mortis
peccatum. Hic iterum non debet intelligi, quod mors tamen usque ad Moysen regnauerit: cum
et Moyses mortuus sit et omnes usque in finem mundi. Propterea in temporibus manet
regnum mortis. Sed regnauit usque ad Moysen (i. usque ad Moysen non cognoscebatur quare
et unde mors regnaret.
Hic regnum autem b. Aug. non sic intelligitur. Quando ita
dominatur in hominibus reatus peccati: ut eos ad vitam eternam, quod vere vita est, venire non
sinat, sed ad secundam etiam (quae penalis eterna est) mortem trahat.

In similitudinem preuaricationis Ade

B. Aug. ubi supra sic exponit .i. etiam in eos qui nondum suae et propriae voluntatis peccauerunt
sicut ille. Et sic etiam B. Ambrosius intelligit. Quem illud in similitudinem refert
ad peccatum omnium qui peccauerunt: aliquorum nisi Apostolus ~~sic~~ ~~similitudine~~ detraxisset tamen
non. Non peccauerunt: sibi contradixisset scripturae. In quo omnes peccauerunt. Quomodo enim
omnes peccauerunt: et non peccauerunt aliqui? Nisi quod omnes peccauerunt in Adam et peccato
Ade, sed non omnes peccauerunt in similitudinem peccati Ade, cum preuaricatione Ade. Aliud
aliud sit peccatum et preuaricatio quod peccatum ut reatus maneat. Preuaricatio autem ut actus
transit. Ergo peccauerunt omnes non actu sed reatu eorum. Solus autem Adam actu et
reatu simul quo ad primum peccatum.

Interpretatur autem aliter hunc textum: Et contradixisset illi. In quo omnes peccauerunt: Et

Qui non peccaverunt aliter conciliat. Sed dubito in male conciliet. Illud autem quod ait [marg.: in eos etiam] in similitudinem: referri ad verbum Regnavit: propter verba Chrysost. admitto. Quin & ipse hunc Locum sic exponit dicens: Quo regnavit? In similitudinem transgressionis Adae. Et sic illud. Etiam in eos qui non peccaverunt: in parenthesi positum accipit. Et tunc illud Non peccaverunt intelligendum est. Secundum proprio peccato. Sed & stricte (quod sufficit dicere:) in quo omnes peccaverunt. Sed de hoc doctor de parvulis dicit. Quamquam & infantes baptizamus quamvis peccata non habentes scilicet propria. Vide B. Aug. ex eodem auctore probat li. 1. contra Julianum latissime.

Qui est forma futuri.

Hoc Chrysost. referendum B. Aug. sic. Dissimilitudinem ait transgressionis Adae qui est forma futuri. Propterea & forma est Christi Adam. Quomodo est forma? inquit. Quia ut ille his qui ex eo nascerentur: quamvis non manducaverint de ligno: factus est causa mortis: quae per cibum introducta est: ita & Christus iis qui ex ipso sunt natus, quamvis nihil iuste egerunt, factus est provisor iustitiae: quam per crucem nobis omnibus condonavit. Ergo similitudo peccati nostri Adae in nobis est, quia morimur ejus similiter peccavimus. Et similitudo iustificationis Christi in nobis est, quia vivimus ejus similem iustitiam sortiti sumus. Ideo propter hanc similitudinem Adam est forma futuri, typus enim Christi: dummodo ut Christus hanc similitudinem auferret & nobis suam daret factus est in similitudinem hominis Phil. 2. Et missus a patre: in similitudinem carnis peccati. Et ita sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. Vides ita magis accedo Chrysost. quod in similitudinem ad verbum Regnavit referendum sit.

Sed non sicut delictum ita & donum

Chrysost. Si tibi dixerit Judaeus: quomodo unius virtute Christi mundus salvatus est? poteris dicere. Quomodo unius inobedientia Adam mundus damnatus est. Quamquam non sunt paria gratia & peccatum. Neque aequalia sunt mors & vita. Neque aequales deus ac diabolus. Sed cum peccatum valuit & peccatum unius hominis: Gratia dei & gratia unius hominis: quomodo non amplius praevalebit. Multo enim hoc probabilius. Nam alium propter alio damnari: non valde videtur hoc rationi. Alium autem pro alio salvari: & decentius magis ac probabilius apparet

Gratia dei & donum in gratia

Gratiam & donum quid different Apostolus copulat. Sed hoc verbo fuit. Ut formam futuri quam dixit clare ostendat. Sed quia legi ex deo iustificemur & gratiam accipimus. Eam tamen gratiam non merito nostro accipimus. Sed est donum quod Christo dedit pater hominibus dare. Secundum illud Eph. 4. ascendens in altum captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus. Hic ergo donum est gratiae dei: quam a patre accepit per meritum & gratiam suam personalem ut daret nobis ut act. 2. Accepta promissione spiritus sancti a patre effudit hoc donum quod videtis. Dicitur ergo gratia dei (gratia nos iustificat) immo quae est in Christo: sicut in principio. Ut peccatum hominis in Adam) & donum scilicet quod descendit Christus a patre in suos credentes. Quod donum in gratia unius hominis sic merito & gratia personali quae deo placuit. Ut donum illud daret nobis illud in gratia unius. De personali gratia Christi intellige respondenter ad peccatum proprium & personale Adae donum autem ipsa iustitia nobis donata. Sic & peccatum originale (si liceret dicere) donum est in peccato Adae

unus habet. Gratia dei est et donum ad Ro. 5. Ista iustitia dicitur donata per christum. Et addit eam gratiam: quia et omnes donari consueverunt. Sed hec donum est, immune ex misericordia donatum est. Qui non fuerant digni hoc dono: nisi misericordia et gratia dei digni facti ac reputati

Lex subintravit

Aptissimum verbum subintravit: quasi dicat peccatum intravit et lex subintravit. Licet per peccatum etiam intravit ipsa: ac sic peccatum non est ablatum per legem. Quare subintrasse legem significat peccatum quod intravit permansisse imo auctum esse. Quia peccatum intravit et peccatum: lex scripta est ipsum irritans precipiendo contraria et prohibendo volita. Ideo ait. Ut abundaret peccatum. Que oratio non est causalis. sed consecutiva. Quia commodo: ut, dicit scripturas non causam finalem legis. Non enim lex propter peccatum legem et hoc ipsum Gal. 3. dicit. Quid igitur lex? propter transgressiones posita est. donec veniret semen cui promiserat. Dicit hic. Ut abundaret .i. propter peccatum est. Est ergo sensus. Quia per transgressionem legis cognitum est peccatum aliud fuerit. ideo propter transgressionem non ut transgressio fieret. sed quia nondum sequebatur ad positionem legis. ut per hanc transgressionem legis despiceretur peccatum infirmitate. certitate. conscientie. Non enim erat intentio legis propter transgressionem poni: tamen etiam si hoc non intenderetur. et lex non propter transgressionem poneretur: nihilominus sequeretur transgressio legis in sine gratia non sit possibile concupiscentias superare et destruere corpus peccati. Et nihil aliud ista affirmativa. lex intravit. Ut abundaret delictum quam hanc negativam intelligi lex non conferebat: lex non tulit peccatum. Cum lex non intravit. ut tolleret peccatum. et confirmaret. Ad quam tamen sequitur hec affirmativa. ergo intravit ad augmentum peccati. Quod est verum licet sit stupendum. Lex venit et factum est sine vitio legis: sine intentione legislatoris: ut peccatum ad augmentum peccati veniret sed factum est vitio concupiscentie quod non potuit legem implere. Unde b. Aug. li. super propositiones lib. epistolarum. Ipso verbo satis significavit ostendisse iudeos: quam dispensative lex data sit. data est enim non ut vivificaret. gratia enim sola vivificat per fidem. Sed ad ostendendum quantis et quam arctis vinculis peccatorum constricti tenerentur. qui legem de suis viribus implendam presumebant. Et iste modus frequens est nostri locutionis. Ut nuntius medicus et consolator. ad egrotum venit. Ubi tamen frustrata spe egroti medicus non potest auxiliari. potest dicere egrotus. Non ad consolationem. sed ad maiorem desperationem mihi venisti. Ita et ex lege quam tantum gentes desiderabant ut iste nuntius. (Ut in aliis patribus et veritate magistrorum.) non auxilium et remedium sed magis incrementum morbi accepit. Ut figurat mulier illa Evangelii Emorrhoyssa que in medicos omnem substantiam erogavit et peius habebat. Unde vigilantissimo verbo ait intravit. ut. quasi dicat deus non eam posuit ad hoc. sed factum est lege intrante. Ut abundaret delictum

Capitulum Sextum

Qui enim mortui sumus peccato

B. Aug. sup hunc locum. Omnis ex isto loco eum describit: qui sub gratia constitutus est
Ubi homo in mente servit legi dei: Quamvis carne serviat legi peccati. Non enim
ut prosequitur exponens hec utramque servitutem legis et peccati dicit. Non enim obedit desi
derio peccati. Quamvis adhuc sollicitent concupiscentie et provocent ad consensionem.
donec vivificetur et corporis. et absorbeatur mors in victoria. Quia ergo non
consentimus desideriis pravis: in gratia sumus: et non regnat peccatum in nostro corpore
Cui autem dominatur peccatum: quamvis peccato non resistat: adhuc sub lege est: non sub gratia
Ex quibus verbis clare patet intelligentia verborum Apostoli. Quia omnis iste proprie
Mortuum esse peccato. Vivere autem Deo: Servire mente legi Dei. Et carne legi peccati
Non est aliud quam non consentire concupiscentiis et peccato: licet peccatum maneat. Id est
peccatum non dominari: non regnare. Sed iustitiam regnare ut Ro. 6. c. 13. Et ut
nos || ne serviamus in desideriis. q. d. desideria peccati: quia et ipsum peccatum sit sed originale || nota
Et reliquum hereditate paterna ex Adam sed ~~ne~~ maneat. Sed ne obediamus ei. Ideo
ut destruatur corpus peccati quod fit per non consensum et repugnantiam spiritus.

Coroll.

Usque ad finem vite sumus in peccato. Ut hic b. Aug. dicit. donec vivificetur corpus
et absorbeatur mors in victoria. sollicitat concupiscentia. Ideo Gal. 5. Spiritus concupiscit
adversus carnem. Et caro adversus spiritum. Hec enim sibi invicem adversantur ut non
quecunque vultis illa faciatis. Et Ro. 7. Quod volo bonum non facio. quod nolo
malum hoc facio etc. Item Iacob. 4. Unde bella et lites in vobis. Nonne
ex concupiscentiis vestris: que militant in membris vestris. Et 1. Pe. 2. Abstinete a
carnalibus desideriis: que militant adversus animam. Hic itaque omnes Apostoli et
Sancti confitentur. peccatum et concupiscentiam in nobis manere. donec corpus in cinerem
resolvatur. Et aliud resuscitetur. sine concupiscentia et peccato. Ut 1 Pet. ult. Novos
vero celos et novam terram. et promissa ipsius expectamus. in quibus iustitia habitat
q. d. quam in isto peccatum habitat. Hic et Iere. 18. de figulo vas faciente
in aliud reparans. Deus dicit. se similiter facturum. Odit enim Deus corpus peccati
et parat illud reficere in aliud. ideo et nobis spiritum odire precipit: et destruere
et mortificare. et petere extinctum ab ipso. et advenire regnum eius.
Sed hoc odium et hec resistentia corporis peccati: non est levis sed laboriosissima
Ad quam nota sunt tot opera penitentie. quot fieri possunt. precipue cautela omni.

In Morte ipsius baptisati sumus

B. Aug. li. 4 tri. c. 3. Duple morti nostre salvator impendit simplam suam.
Et ad faciendam utramque resuscitationem nostram. in sacro et exemplo proposuit et proposuit
unam suam. Indutus enim carne mortali et ea sola moriens sola resurgens ea
sola nobis ad utrumque convenit: cum in ea fieret interioris hominis sacramentum

exteriorem hominem: interiorem vero sacramento. ille vox data est docentes quod vetus noster homo
simul crucifixus est cum illo: ut destruatur corpus peccati. Ad exemplum vero mortis
pertinet illud (Matt 10.) Nolite timere eos qui occidunt corpus: Ad quod per talem suam
mortem maxime hortatus est suos. Resurrectio vero corporis
domini ad sacramentum interioris hominis pertinere ostenditur per illud Apostoli. Si consurrexistis cum Col. 3.
christo: quae sursum sunt quaerite. Ad exemplum vero illud. Capillus capitis vestri non
peribit. & quod ostendit corpus suum discipulis post resurrectionem. Sic itaque de
sacramento mortis & resurrectionis christi. Apostolus hoc loco. quo ad sacramentum loquitur non
quo ad exemplum.

Unde Nota.

Quod duplex est mors .s. naturae seu melius temporalis & aeterna: Temporalis est
solutio corporis & animae. Sed haec mors est figura: similitudo. & valet mors sicuta
in parte quo ad aeternam: Unde & in scriptura frequentissime Somnus quies q & spiritualis
dormitio vocatur. Aeterna mors est duplex. Alia bona & optima
quae est mors peccati: & mors mortis. Qua anima solvitur & separatur a peccato & corporis
a corruptione. & per gratiam & gloriam copulatur deo vivo. Haec autem est proprissime
mors. Quae huic soli conveniunt absolute & perfecte conditiones mortis. Quoniam in hac
sola totum perit & in nihilum sempiternum perit. quod sic moritur & nihil imo quod & quod est unum
revertitur aliquid ex eo. Sic moritur peccatum & peccator: qui iustificatur. Quae mortis mortifera
peccatum non revertetur in aeternum, ut hic Apostolus dicit. Christus iam non moritur etc.
Et haec principalissima est intenta in scriptura. Quia deus instituit tollere per
christum. Quicquid diabolus intulit per Adam. intulit autem diabolus peccatum & mortem
ideo deus intulit mortem mortis & peccatum peccati. venenum veneni. Unde ait per capitulum 13
Oseae. Ero mors tua o mors: morsus tuus ero inferne. Haec est figurata capitulo
in omnibus bellis filiorum Israel olim in lege gentes occidentes. Alia 2
est aeterna & pessima: quae est damnatorum. Ubi non peccatum & peccator moritur homo
salvo. sed homo moritur. peccato integro vivo & manente. haec est mors poenae
pessima. Apostolus autem sacramentaliter de morte christi loquens. de secunda spirituali
loquitur & sic facile nunc patent eius verba

Dixi peccatum peccati. Quid hoc? peccatum peccati est agere contra legem peccati
& transgredi legem membrorum & facere contra concupiscentias carnis quod est peccatum optimum
sic mors mortis est agere contra mortem. Et vita. vita peccati est iustitia
unde Eccli. Melior est iniquitas viri quam mulier bene faciens. Et melius est quod spiritus
transgrediatur legem carnis & faciat contra carnem: quam quod ~~mulier~~ caro faciat secundum suam legem
Haec sunt opera dei: in quibus delectatur. & delectare nos facit sic scriptum est
delectabitur deus in operibus suis. Et .i. A. Et de peccato damnavit peccatum

Istis autem Negativis orationibus, quae multo quam affirmativae dulciores videntur, ipsi ad expressionem eternitatum vitae de qua loquuntur. Quia Mortem occidi est mortem non timere. Et captivitatem captivari est captivitatem nunquam timere. Quod expressio per affirmativam non potest fieri. Nam Vita potest intelligi sine eternitate. Sic et ibi Deus noster deus salvos faciendi, et domini domini exitus mortis. Potius quam introitus vitae quia introitus vitae potest in exitum vitae fieri cum nunc fit: sed exitus mortis est in vitam sine morte introire. Et haec sunt Voluntates Christi de quibus psalmo 15 Sanctis qui sunt in terra: mirificavit omnes voluntates meas in eis. Et psalmo 110. Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius.

Consepulti enim sumus.

In homine Spirituali omnia debent eodem modo apparere in opinione hominum et sensibus quo Christus sepultus et mortuus apparuit in oculis Iudeorum. Ipse enim fecit nobis ut ei per omnia respondeamus.

Primo Mortuus Christus amplius nihil sensit eorum quae faciebant foris: Licet esset adhuc foris: Ita homo spiritualis licet sensibus sit praesens in omnibus, tamen corde omnibus est aversus et mortuus omnibus. Hoc fit quando homo ex totis medullis fastidit omnia quae sunt huius vitae. Cum quis ab omnibus in hac vita agendis fastidiens: patienter hic in gaudio et gloriatur se esse velut mortuum cadaver: et purgamentum ac peripsima huius mundi ut Apostolus dicit. Sed Nondum quia non omnes in hac perfectione inveniuntur et reperiri statim cum baptisati sunt in mortem hominis. Baptisati enim sunt in mortem, id est ad mortem. Hoc est ut inceperunt agere ut mortem istam assequantur et hanc metam suam attingat. Sic enim hic ad vitam eternam baptisentur et ad regnum celorum, non tamen statim habent eius summam sed inceperunt agere ut ad illud perveniant. Ordinatur enim baptismus ad istam mortem et per eam ad vitam. Ideo non omnes in hoc ordine hominum inveniuntur.

Verum tria genera sunt in isto ordine. Primi sunt impatientes crucis et mortificationis hominis et nolunt mori. Hii ad Latronem pertinent sinistrum. Quia blasphemat Christum saltem corde et opere. Alii vero patiuntur sed cum multo sensu et difficultate ac gemitu. Sed tamen superant. Ut saltem patienter moriuntur. Tertii id est [illegible] toti et fastidiri ab omnibus. ~~Tertii Vero~~ Hii ad latronem dextrum pertinent. Cum et Christus adhuc dolens et sentiens eos in suo corpore portavit.

Tertii autem qui ut dixi cum gaudio ingrediuntur hanc mortem. Quos Christus in valido clamore et fortissimus expirans moriens significavit.

Vetus homo

Vetus homo est qualis ex Adam natus est: non secundum naturam sed secundum vitium naturae. Natura enim bona est, sed vitium malum. Non autem vetus homo tantum dicitur qui opera carnis operatur. Sed etiam magis qui iuste agit, et sapientiam tractat ac in omnibus spiritualibus bonis se exercet: cum Deum et spem deum diligit et colit. Item id est quia in hiis omnibus fruitur donis dei et vivit deo. Nec potest ab hac perversitate absolvi. Quia in Scripturis vocatur nequitas, iniquitas et perversitas. Nisi per gratiam dei cum ipsi per id est perversitatem difficile corriguntur: quod non tamen [illegible] summa perversitas dicitur. Sed

mod. ipse concupiscentiam infectus hac parenti vitii & originalis criminis: q° est in ipso deo p amore contempto grata bona q sua sunt . ps. 11. Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum. Denique ista iniquitas tam profunda e. vt cum ignoretur ab omnibus eam patientibus. & p nimia dei: in scripturis. non ipsa. sz amor eius tam redarguit ps. 10. Qui aut diligit iniquitatem odit animam suam. Et ps 31 pro hac s. iniquitate orabit ad te omnis sanctus. qr sz odit eam. Et hec e figurata in curatione mulieris illius euangelice: qua diabolus sathan. 80. annis captiuam tenuerat vt dixit saluator

Ut destruatur corpus peccati

Destruere hoc loco spiritualiter accipitur. Nam si de corporali destructione loqui vellet no esset verum p ista: vetus homo crucifigi. Quia corporaliter destruitur siue velit nolit. etiam in illo. quo vetus homo no crucifigitur: Quare quod necessarium e no pt scriptum aut consilium esse. Vn & sicut b. Aug. Hanc destructionem ipse Aptus exponens. sequitur. Ut non vltra seruiamus peccato. Exposuit (inquit b. Aug.) quid dixit. Ut destruatur corpus peccati. Igitur destruere corpus peccati est concupiscentias carnis & vetus hominis frangere. laboribus penitentie: & crucis. ac sic de die in diem minuere eas & mortificari. Vt Col. 3. Mortificate membra vestra: que sunt sup terram. Sic Ibidem clarissime vtrumque hominem describit. nouum & veterem de hac destructione ps. aliqui vtilenter ps. Ne desperdat. Et tandem ps. Deus deus repulisti nos & destruxisti nos. Et Iere. Vt destruas. dispdas & euelles.

Corpus ergo peccati. Non aliquod mysticum intelligi est. vt multi fingunt. Corpus peccati l. cumulum totum. malorum operum. Sed ipsum hoc corpus quod portamus Quod dicitur corpus peccati. Qr con spiritum inclinat ad peccatum: Et semen diaboli in ipso est. Vn deus Gen. 3. Inimicitias ponam inter semen tuum & semen illius semen mulieris est verbum dei in xpo: quod inclinat ad iustitiam & bonum. Semen diaboli e ipsum peccatum. fomes. concupiscentia in carne. Et istam inimicitiam ag invicem ascribit Aptus Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem. Caro hz semen diaboli & grat parere & fructificare peccatum. Sz spiritus hz semen dei & parere ac fructificare grat iustitiam. Et sic hec duo sibi inuicem aduersantur. vt no ea q vultis faciatis

Quod aut mortuus est peccato:

Sententia e. Qr mors illa spiritualis est semel° scl. sebenuda. Qr qui sic moritur in eternum viuit. Ideo no e reditum ad peccatum vt iterum moriatur peccato: Quod sic intelligitur. con Nouatianos. Qr de morte & natura spiritualis vite scl. apposuit e: q scl. eterna. Qr non eius mors fuit domini: sic ista vita corporalis. Sz e inceptio vite eterne: Vn Jo. 6. Qui credit in me. non morietur in eternum. l. q dicit ab ista vita volens no auertetur: non pt mori. Qui in futuro sic confirmabitur. vt in amorti nullus posset. qr nullus velit eterne voluntate firmissima perfecti.

Sicut enim radius solis est eternus quia sol eternus. Ita vita spiritualis est eterna
quia Christus eternus est: qui est vita nostra: qui per fidem in nos per radios gratie sue
influit et manet. Quare sicut Christus eternus ita et gratia ex eo fluens est
de natura sua eterna. Quod autem homo rursum peccat: non ideo moritur vita
eius spiritualis sed ipse ab ea recedit et moritur: illa manente in Christo eterna.
Hec est Deo hec Deus. Si autem mortui sumus cum Christo: credimus quia et vivemus
cum illo: quod vivimus? Sciens quod Christus resurgens ex mortuis iam
non moritur: Ita ut quod mortuus est peccato: mortuus est semel. Quia hic Christum
qui ultra non moritur. quare et ipse ultra non moritur sed vivit cum
Christo in eternum. Sic et non nisi semel baptisamur: quo Christi
vitam assequimur. Licet sepius cadamus et resurgamus: quia vitam Christi sepius
recipere licet: non autem nisi semel initiari potest: Sicut quem semel dives
fuit: semel tantum incipit dives fieri: licet sepius depauperari et divitias recipere
possit.

Quod autem vivit: vivit Deo

Deo autem non vivit: nisi quod eternaliter et spiritualiter vivit: quia deus eternus
est et spiritus coram quo: nihil nisi quod spirituale et eternum est: reputatur
Caro autem et temporalia: nihil apud eum sunt. Ideo cum sit ista vita
eterna: necesse est ut tunc sit quod moriatur qui peccato moritur: cum ista
morte peccati: non nisi eterna vita signatur: in gratia non sequitur mors alio
quin eterna non esset: Nec potest amplius mori peccato: qui mortuus est peccato sed
quia semel est iustitia eterna. quod nunquam amplius pereat. Coroll. Igitur
Et Heresis Novatiana falso hunc textum intellexit: quasi lapsis non
sit spes resurgendi: quia semel moriendum est peccato. Quia istud semel non
determinat numerum sed commendat eternitatem gratie. Ut sit sensus. Quod qui
Et abnegat alietatem iustitie semel baptisatus fuerit vel penituerit: iam ita peccatum cessit et iustitiam
acquisierit. Ut nunquam amplius non sit necesse peccatum cadere aliud aut
iustitiam aliquam acquirere sed hec vera et sola sufficit iustitiam. Quia in iustitiis hominum
nullo modo sit: Ubi sunt Morales una virtute acquisita adhuc alie que
restant acquirende. Non autem est sensus quod qui semel acquisierit semel iustitiam
amplius non possit acquirere. Quia Scriptura tum dicit huic errori contrarium
Septies in die cadit iustus et totiens resurgit. Et dominus ad Petrum Non
dico tibi septies sed septuagies septies: Igitur ut dixi istud semel
non exprimit vel negat numerum vicissitudinis sed numerum alietatis
vel potius commendat eternitatem iustitie: quam in hac vita non obstante eternitate
eius nunc amitti nunc recipi sepissime potest. Nam et beatus Petrus post
multos spiritus peccavit in simulatione ut Gal. 2. qua reprehensus fuit peccato
mortale: quia contra evangelium: et salutem omnium cum Apostolus ibidem expresse dicit quod
non secundum veritatem evangelii ageret.

Non enim sub lege estis

Ergo Quicunque sub lege sunt: ipsis pctm dominatur: Quod ex superioribus satis
patet in .3. c. Quia qui sunt sub lege christi est: et si bene operetur est tn in pctō.
Vn Notandum de Apli modus loquendi pp nimiam proprietatem singularis et ad
mirabilis apparet non intelligentibus   Est enim sub lege illi intelligunt
id: qd legem habere sibi normam vivendi est.   Apls aut Esse sub lege
intelligit id: quod legem non implere: legis reum et debitorem et transgres
sorem esse. Vnde lex ius accusandi et damnandi ipm habet super ipm: et non
habeat quo satisfaciat legi aut superet legem. Et sic dum lex dominatur et
peccatum dominatur et captivum tenet homi. Vn 1. Cor. 15. Stimulus aut
mortis pctm e. Virtus vero pcti lex. i. pctm ideo potens e et dnatur qr
lex dominatur. Virtus hic i. potentia dicitur Vt sic sit ordo. pctm est
stimulus seu potentia mortis. p qd mors potens e et dnatur. Rom 5. per
pctm mors e: lex aut e virtus seu potentia pcti: p qua pctm manet et
dominatur. A quo domino legis et pcti: nemo nisi p christum liberatur. Vt
ibid sequitur. Deo aut gratias qui dedit nobis victoriam p Ihesum christum dnm nrm.
Et Io 8. Si filius vos liberaverit vere liberi eritis. Et 16. In mundo
pressuram habebitis sed confidite qr ego vici mundum. Et 1 Joh 5. Hec e victo
ria q vincit mundum fides vestra. Quis est qui vincit mundum nisi qui credit
qm Ihesus e filius dei.   Ideo hic dt ut possimus regnum pcti [illegible]
re: qr sumus non sub lege sed sub gratia.   Quod totum dicitur: ut destruatur
corpus pcti. et pficiatur iustitia incepta.

In qua traditi estis

Lis Aliqui. id volunt doctrinam intelligi per hypallagen pro eo qd e. Que
tradita est vobis: sed Spūs in Aplo loquens non sine consilio talis est
locutus: qr Sapientia carnis adversaria e verbo dei. Verbum aut dei est
immutabile et insuperabile. ideo nec e Sapientiam carnis mutari et suam formam
relinquere: ac formam verbi suscipe. qd fit dum p fidem seipsam captivat
et destruit. et conformat se verbo: credens sibi esse verum: se vero falsam
sic Verbum caro factum est et assumpsit formam servi: ut caro verbum
fiat et homo formam assumat verbi. tunc ut c. 3. dictum e. homo
fit iustus. verax. sapiens. bonus. mitis. castus. sic e verbum ipm cui se p
fidem conformat.   Vnde Significantior e oro. In qua traditi estis
q Que tradita e vobis. qr etiam impiis tradita e doctrina sua: hi qui tradunt que
tn non se ei conformant. Sz ipi non sunt traditi in eam: qr non credunt vere
et ex corde.   Similis fere sensu e ista ad Corint. Nunc aut cum cogno
veritis imo cum cogniti sitis. quo et hic potuit dicere. Que tradita est
vobis. Imo in qua vos traditi estis. quod e fidelium proprium et sanctorum
Vide 7. c. 1. quo nos morimur pcto. et legi potius quam econ

peccatum Vobis non dominabitur

Hec non solum de concupiscentia intelligitur que ad bona & prospera temptat. Verum de illa que ad mala & adversa impellit: Habens enim christum per veram fidem non curat ulla bona mundi concupiscibiliter alliciat: Nec timet ulla mala et ipsam mortem irascibiliter terreant: Stat enim firmus super firmam petram: nec sequitur mollia nec fugit dura. Non quod non tentetur ad fugam nimio terrore aut ad ad concupiscentiam nimia blandicia: (non enim est insensibilis ad gaudium & terrorem) Sed finaliter non vincitur: licet cum extremo labore & dolore vix resistat ac tempore suo illud .i. pet. 4 Justus vix salvabitur. Et semper similior est victo quam vincenti dum tentatur & pugnat Justus. permittit enim eum deus usque ad extremum suum posse temptari & impugnari sicut Aurum in fornace.

> nec spem vitae

> Et non coronabitur nisi qui legitime certaverit.

Corol.

tamen christum:

Qui timet mortem & diligit vitam presentem nondum habet christum per veram fidem. Et peccatum dominatur ei & est sub lege. Sed hec sane [illegible] sic asperius exponit christus [illegible]. Qui amat animam suam perdet eam. Et alibi: qui amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam & sequitur me non est me dignus. Non ergo facile est peccatum in servitutem redigere. Verum nisi quod deus esset in nobis qui fidelis non permittit nos tentari super quod possumus: utique aqua absorbuisset nos. Incredulos autem permittit tentari & cadere: immo in credere & manifestant eorum. Sed stantibus & [illegible] per fidem fidelis est.

2.

Peccatum dum impugnat: sed & non dominatur. tamen cogitur semper ut .i. diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Et Apostolus: Sed faciet cum tentatione proventum ut possitis sustinere. Sic luxuriam facit sua impugnatione castiorem. Superbia humiliorem. accidia vigilantiorem: Avaricia liberaliorem. Iracundia mitiorem. Gula abstinentiorem. crescit spiritualis homo magis ac magis: contra illud ad quod impugnatur. Nec utilissima est tentatio. Sic itaque in corpore mortali dominatur: quod ei consentitur. Sed semper quod ei resistitur: quod fieri non potest nisi dei virtute & amore iustitie. In corpore autem futuro & immortali neque dominabitur neque regnabit neque stabit. Videtis itaque mirabilem dei sapientiam. Que per malum provenit bonum. & per peccatum iustitiam fieri: Non solum in nobis sed & in aliis. Qui dat in patre aliorum occasionem orandi ac tollendi peccatum in proximo. ac sic amorem & caritatem exercendi. In nobis autem exercitii iustitiae & sustinendi iniustitiam. Si tamen innocentius cum [illegible] sit pura & sincera.

Arma iniquitatis peccato

Iniquitatem hic pro iniusticia transfertur. Est autem iniusticia tota spes genera-
lis conversatio incredulitatis. Dicitur per contrarium. Iusticia tota generalis conversatio ex
fide, sicut fides cum operibus suis. Sic iniusticia incredulitas cum operibus suis
contrariis bonis et fidei. Peccatum autem hic secundum beatum Augustinum de spiritu et lit-
tera non pro opere peccati, sed pro ipsa lege peccati, scilicet lege membrorum corrupta: fomite,
pronitate ad malum, difficultate ad bonum. Vult ergo dicere Apostolus: Sed peccato
i. concupiscentie et fomiti non sunt membra concedenda, ut sic obediendo peccato fiant
arma incredulitatis, et ex credentibus fiant increduli, dum opera incredulorum
faciunt secundum concupiscentias peccati. Sed ad obediendum est deo, ut membra sint arma
iusticie, i. vite fidei et credulitatis.

Humanum dico propter infirmitatem

Quia supra dixit de perfecta mortificatione corporis, ita ut nec in actu nec
motu consentiendum ei sit, hic autem relaxat. Et vult dicere: Si omnino propter in-
firmitatem carnis concupiscentie resistendum ... pollutiones et immundicias fiat
saltem in matrimonio ex fide sanctificato, nam et gentes que deum sciunt
contra fidem humano more immundicia concupiscentie serviunt. Unde hic textus con-
cordat cum suo ... posita quod i. Cor. 7 pro ... concupiscitur ... propter fornicationem unusquisque uxorem suam habeat etc. Et infra ne tentet vos Sa-
thanas propter incontinentiam vestram. Hoc est quod hic dicit: propter infirmitatem carnis
vestre, id quod ibi dicit: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium,
hoc dicit hic: Humanum dico, q. d. non scribo ut uxorem ducat unusquisque, sed
tamen ut non fornicetur propter infirmitatem carnis vestre i. incontinentiam. Hoc est
tamen humanum mandatum et a multis infirmis. Sed est consilium de quo
dicit: Volo autem omnes esse sicut meipsum. Sed non omnes hoc possunt; quia sequitur: Sed
unusquisque proprium donum habet ex deo: alius quidem sic, alius vero sic. De
tali consilio et perfecta mortificatione carnis et hic loquitur supra ... osten-
dit: nunc hic rigorem illum velut relaxans dicit: Humanum dico, q. d. Si
non potestis continenter ... caste agere, ut saltem non regnet per pollutiones et im-
mundicias carnis in detrimentum fidei et iusticie, et in augmentum iniusticie

Servire immundicie

Contrarie Apostolus & non servat antithesim: quia prius dixit immundicie & iniquitati
ad iniquitatem contra dixit servire iustitie in sanctificationem i. mundiciam. Non
ergo vult per sanctificationem & mundiciam intelligere: ipsam scilicet corporis castitatem non
quamvis vero quae ex spiritu fidei sanctificante ab intra venit. Gentilium
enim castitas est sed non veniens castitas seu sanctificatio: quae polluta est cum
corrumpitur. Unde & hic primum dixit servire iustitie: & postea in sanctificationem
quae per fidem fit cum castificanda est. Et sic cum sancta: corpus mundum faciunt
propter deum: alioquin munda erat castitas. Sic deus ad hypocritas. Hypocri-
ta munda primum quod intus est ut mundetur & quod deforis est. q. d. si intus
mundus fueris: facile & velut sua sponte corpus & omnia foris munda erunt
Si ergo servitur iustitie: iam tales servitus statim affert sanctificationem. Esa. 11
Et erit iustitia cingulum lumborum eius & fides cinctorium renum eius. q. d. qui
credit & iustus est in spiritu, eo ipso iam luxuriam facile vincit & reprimit
Econtra: Qui servit immundicie i. luxurie & pollutioni corporis: iam regnante
peccato semper: fit iniquitas magis ac magis: quia fide amissa: iam incredulus est

Unde in Strap. ver. depravatur sanctificatio. sanctificamini: pro eo quod est mundamini. scilicet a carnalibus pollutionibus

Capitulum ~~Sextum~~ septimum.

Quia Lex in homine dominatur

patet itaque quod Apostolus non metaphysice neque moraliter de lege loquitur. Sed spiritualiter et theologice ~~et~~ sicut dictum est c. 3. 5. et 4. scilicet quod solum ad interiorem hominem et voluntatem respicit: non quo ad opera in exteriori homine respicit. Et sunt familiaribus eorum velut fundamenta et principijs intellectis facilia sunt omnia reliqua. Qualis sunt.

peccatum et ira est per legem. ergo legi nullus moritur nisi qui peccato moritur et geminum peccato moritur et legi moritur. Et qui servus sit liber a peccato: et a lege liber est. Et Ubi sit servus peccati et servus sit legi: Et in dum peccatum dominatur et regnat et lex dominatur et regnat. Corol.

Modus loquendi Apostoli et modus metaphysicus seu moralis sunt contrarij. Quia Apostolus loquitur: ut significet hominem potius auferri, peccato remanente et hominem ex purgari a peccato [illegible] sicut [illegible] crux. peccatum auferri homine manente et hominem potius purgari loquitur. Contra Apostolus sensus. Deus optime proprius et perfecte dicit est. sic enim et Deus ps. 80. Divertit ab oneribus dorsum eius. Non autem divertit onera a dorso eius. Et figura exodi. Quia non abstulit egyptios a filijs Israel: sed eduxit Israel ex egypto remanente Et ps. 16. de reliquijs tuis preparabis vultum eorum quia pones eos dorsum. Et ratio huius locutionis: Quia gratia et spiritualis iustitia ipsum hominem tollit et mutat et a peccato avertit: licet ~~in~~ peccatum relinquat: Ut dum iustificat spiritum reliquit corruptionem in carne. etc. Iustitia vero humana studet tollere et mutare peccata prius: et conservare ipsum hominem: ideo non est iustitia sed hypocrisis. Ergo donec homo ipse vivit et non tollitur ac mutatur per renovationem gratiae: nullis operibus potest facere. Ut sub peccato ~~non sit~~ et ~~sub~~ lege non sit

~~Prima ergo ipse. peccatum per legem et c. sequitur. Et ideo lex: est lex peccati. viri~~ cui non moritur nisi qui peccato moritur. Homo autem a peccato mortificato et ablato. in et peccatum potentissimum est ablatum et mortuum. Homo autem non mortificato et ablato. nunquam peccatum aufertur et mortificatur. Rex ipse spiritualiter peccatum auferri (i. voluntatem peccandi mortificari ut dicit Apostolus) illi autem metaphysice opera peccati et concupiscentias volunt auferri: sicut a pariete albedinem et ab aqua [illegible]. Ut et Samuel. 1 Re. x. Et mutaberis in virum alium. i. hominem alium: Non ait peccatum tua mutabuntur sed tu prior mutaberis. Et te mutato: tua opera quae mutata erunt. Ideo mirabili stultitia hypocritae se affligunt multis laboribus et in operibus mutandis student: antequam gratiam mutatam sentiunt primum. Similes implorant. Ephe. 2. Ipsum enim sumus factura [illegible]

[Left margin, beside "reliquit corruptionem in carne":] Et non mortificat [illegible] in mundo [illegible]

[Right margin, beside "Deus ps. 80":] Sic [illegible] in qua traditi estis.

[Right margin, beside "Ut dum iustificat spiritum":] Et hoc modo [illegible] [illegible] est [illegible] iustificat

in Christo Jesu : in operibus bonis. Non ait. Opera bona in nobis creata. Et
Jaco. 1. Ut simus initium aliquod creature eius

Et ideo nisi ista mortificatio spiritu fiat : peccatum remanet ac dominatur ac
per hoc et lex. Per gratiam peccatum dominatur. quia non sit peccato non servire : quia voluntas
per spiritum non est conversa. Quamvis licet operetur bona. Sed fit ei sicut de eo dicitur
Prover. Stultus affligetur doloribus

Ideo mirabili stultitia et Simianam subtilitatem agunt. Qui opera sanctorum volunt
imitari : et gloriantur de patribus ac maioribus suis. Ut nunc religiosi sed
stulti : non primum spiritum eorum querunt. Ut similes eorum sint. Sed ut similiaque
agant. neglecto spiritu. Simili temeritate agunt Thomiste. Scotiste
et alie secte. Qui scripta et verba suorum authorum sic defendunt. Ut spiritum
non solum contemnant querere. Sed ex nimio venerationis zelo extinguant : Satis ac
beati si verba tantum teneant. Et sic sunt spiritu. Sic et Iudei et omnis sepe scripture
studiosi. Sicut patet est : intellectus. Et spiritum intelligentie : et modum quomodo intellexerunt
nihil curant. : Ideo Isa. 11 recte : non ait. requiescet super eum sapientia etc. Sed
spiritus sapientie etc. Spiritus enim solus intelligit scripturas recte et secundum deum
Alias autem et si intelligunt : non intelligunt. Videntes non vident. Audientes
non audiunt. Ita et iusti hypocrite. Sancti non sancti : Iusti non iusti
Bona operantes. non operantur bona

Primum itaque gratia est imploranda. Ut homo mutatus in spiritu hilari corde et
voluntario omnia velit et agat. non servili timore : aut puerili cupiditate
Sed liberali et virili animo : Quod hoc autem solus agit spiritus

Itaque et vos.

Beatus Aug. hoc loco. Tria sunt ibi : Anima tamquam mulier. passiones peccatorum tamquam
vir : et lex tamquam lex viri : Et advertenda similitudine in hoc differre. quod non ibi
peccatis mortuis tamquam viro mortuo animam liberari dicit. Sed ipsam animam mori peccato et
liberari a lege et fit alterius. quod supra fuerat dictum est

Non in vetustate litere

Litera apud Apostolum paulum Est non tantum figuralis scriptura aut doctrina legis
Sed prorsus omnis doctrina : que precipit ea que sunt bone vite. sive sit euangelica
sive Mosaica : Hec enim si cognoscantur et memoria teneantur. et non assit spiritus
gratie sunt tantum litera vacua et mors anime. Unde beatus Aug. de spiritu et litera c. 4.
doctrina illa qua mandatum accipimus continenter recteque vivendi : Litera est occi-
dens : nisi assit spiritus vivificans. Non enim illo solo modo : intelligenda est litera
ut aliquod figurate scriptum : quod absurde sonat si accipiatur ut litera sonat. Sed et
illo eoque vel maxime : quod apertissime dicit. Concupiscentiam nesciebam esse peccatum nisi lex
diceret. Non concupisces. Non enim aliquid figurate hic dicitur. Sed distincte c. 14
Legem ex qua nimirum dicit Apostolus iustificari. non tantum in illis sacramentis que habuerunt

pretiosas figuras · verum et in operibus illis · vult intelligi : quae gratis sancte recte viuunt · ~~Quamuis~~ credentes ut ad Corinthios · ubi ait Litera occidit spiritus vivificat · non aliam velit intelligi Literam : quam ipsum decalogum in illis duabus tabulis scriptum   Et cetera.   Coroll. Sequitur · quod Moralis intelligentia Scripturae · ut vocatur · sed rectius spiritualis · Est non nisi de charitate scilicet de affectu de dilectione iustitiae & odio iniquitatis. Hoc est quod aliquid faciendum vel praeceptum omittendum docetur · intelligendum est · hoc ipsum toto corde ~~&~~ amore non timore poenae seruili · nec cupiditate commodi puerili · sed amore dei liberali faciendum vel omittendum · quod sine charitate per spiritum sanctum diffusa est impossibile.   Hoc est   quod Scholastici doctores obscurissime plerumque non intelligibiliter dicunt : Nullum actum praecepti ~~sine charit~~ nisi formatum charitate valere   Male doctorum vocabulo illud · formatum : quod nostri intelligere : cum esset velut eandem post & ante charitatem · ac velut accidentis forma in actum : operi · cum sit necesse ipsum totum mortificari & aliam fieri · nisi charitatem induat & operetur   Hinc sine quod Apostolus 1. Cor. 13 confitetur quod si nouerim mysteria omnia & linguis hominum loquar si habuero omnem fidem etc. charitatem autem non habeam nihil mihi prodest · Ergo sequitur euidenter · quod & mysteria & totum euangelium & omnis spiritualis intelligentia est Litera · quae si illi sunt mortua · quod sine spiritu · Spiritus enim vivificat & Litera occidit · sed sunt occisi quod in Litera

Unde b. Aug. de sp. et lit. 21 · Quid ergo sunt Leges dei ab ipso deo scriptae in cordibus : nisi ipsa praesentia spiritus sancti : qui est digitus dei : quo praesente diffunditur Charitas in cordibus nostris · quae est plenitudo legis & finis praecepti ·

Corol.

Non ii sunt optimi christiani · qui sunt doctissimi & multa legunt ac multis libris abundant · Nam omnes libri & omnis intellectus eorum est Litera & mors est. Sed ii sunt optimi : qui ea faciunt liberrima voluntate quae in libris alii legunt & alios docent. Non faciunt autem Liberrima voluntate · nisi qui per spiritum sanctum per charitatem habent. Ideo nostro seculo timendum est. ubi multiplicatis libris · doctissimi fiunt homines · sed indoctissimi Christiani. Nota

Quaeritur ergo · c

Quare Euangelium vocetur verbum spiritus : spiritualis doctrina : verbum gratiae & declaratio sermonum veteris legis · & intelligentia mysteriorum absconditorum etc. ~~&~~ & ideo proprie · Quia docet · ubi & unde gratia seu charitas habeatur · scilicet Iesum christum · quem lex promisit : Euangelium exhibet · Lex praecipit charitatem & Iesum christum habendum : sed Euangelium offert ~~&~~ & exhibet utrumque Ideo dicitur ps. 44 Diffusa est gratia in labiis tuis : Ideo Euangelium si non recipiatur · ut loquitur, stat est Litera. Et proprie Euangelium est ubi christum praedicat · Ubi autem

arguit & respiciat aut suspirat: nihil aliud facit quam quod se carentem de propria
iustitia desperat, et gratiae locum praebet: et sciant non ex viribus suis
sed per christum solum legem impleri: qui diffundit spiritum in cordibus nostris.
Haec est rata differentia veteris & novae legis. Quia vetus dicit, ~~tu debes~~
suppliciis in sua iustitia, tu debes habere christum & christi spiritum eius: Nova
dicit humiliatis in sua egenos peccata & christum petentibus. Ecce hic est christus
& spiritus eius. Ideo fuit aliud evangelium quam bonum nuncium in meritis
nova hominem quaerentibus, ut faciunt: quia ipsum in legem ponens quam in
gratiam [illegible] & ex christo nobis mostrar fecerunt

Nam concupiscentiam nesciebam.

Quod Apostolus ab hoc textu usque in finem loquatur in persona sua & spiritualis hominis
& nequaquam in persona hominis carnalis. Primum beatus Augustinus locupletissime & constanter asserit
in libris contra pelagianos. Unde 1. retract. 23. retractans expositionem suam super
hunc locum dicit. Quod ait Apostolus: Scimus quia lex spiritualis est: ego autem carnalis sum,
nequaquam ex persona Apostoli accipi volui, qui iam spiritualis erat, sed hominis sub lege positi
nondum sub gratia. Sic enim prius haec verba intelligebam, quae postea lectis quorundam
divinorum eloquiorum tractatoribus, quorum me moveret auctoritas, consideravi dili-
gentius & vidi etiam de ipso Apostolo posse intelligi. Et li. 2 contra Julian.
Ecce non sum ego, quamvis indignus, sed sanctus beatissimus Ambrosius de seipso
paulus Apostolus dicit: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis
meae etc. Et paulo post. Allegat beatus Ambr. ex libro de sacro regenerationis haec verba.
Luctandum nobis adversus carnem est. Luctatus est adversus eam paulus. Denique ait
Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae. Numquid tu
fortior paulo? Nec tu ergo solidae carni tuae confidas & te ei credas. Cum paulus
clamet. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea ~~...~~ bonum.
Nam velle mihi adiacet: perficere autem bonum non invenio. Item Ex libro de paradiso
eundem adducens dicit. Rursus in eodem opere alio loco doctor idem, Impugnatur
inquit paulus, & videt legem carnis suae repugnantem legi mentis suae. paulus
dicit Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago. & in arbitra-
rio bonum prodesse suggerit: quam delicti augeat incitamentum. etc. Et cum clarissime li. 6 contra Julianum cap. in finem

Sed clarissimum hoc apparet etiam ex ipsis Apostoli verbis. Primum quod totus ille
textus expresse indicat gemitum & odium contra carnem: & dilectionem ad bonum & ad legem.
Hoc autem carnali homini nullo modo convenit: qui potius odit legem, & ridet et
sequitur carnem per prona. Spiritualis autem cum pugnat cum carne & gemit
quod non tam facere quam optimum vult. Carnalis autem non pugnat sed cedit atque consentit. Hinc
est illa vulgata sententia beati Aug. Velle est iustum, est magna pars iustitiae. Et
Sap. 9. Corpus quod corrumpitur aggravat animam: & terrena habitatio deprimit sensum multa

consiliantis
multa cogitantis (i. multa facere disponentem.) que autoritates exponunt. tunc totus
hunc textum. Sensus enim eius est quod Apostolus hic dicit. Mentem mee legi repugnantem 87
lex membrorum. Et quod ille aut multa cogitantis. Apostolus hic dicit. Mente servio
legi dei & iterum volenti mihi bene facere: malum adiacet. Et condelector legi
dei secundum interiorem hominem. Eandem sententiam hic textus est. Gal. 5. Caro enim concu-
piscit adversus spiritum. & spiritus adversus carnem. Hec enim invicem sibi adversantur.
ut non quecumque vultis, faciatis. Et alibi. Castigo corpus meum. & in servitu-
tem redigo: ne cum aliis predicavero ipse reprobus efficiar

Primum ergo verbum quo probatur hec spiritualis esse hominis verba. Hoc est
Ego autem carnalis sum: Quia spiritualis & sapientis hominis est scire se esse carnalem &
sibi displicere: seipsum odire: & legi dei concordare quod est spiritualis. Econtra desipientis
& carnalis est scire se spiritualem. vel sibi placere: amare aliquid suum in hoc mundo.

Secundum. Quod enim operor non intelligo: Hoc b. Augustinus exponit. i. non approbo
forte quia spiritualis homo: qua mente vivit: non sapit nisi que dei sunt. ideo non intel-
ligit non sapit malum quod operatur: sed tamen quod non operatur optime intelligit & sapit
scilicet bonum. Econtra carnalis homo non sapit ea que spiritus dei sunt. Nec potest intelligere
sed bene intelligit (ut apparet quod facit) quia Rom. 8. Qui secundum carnem sunt
que carnis sunt sapiunt. Qui autem secundum spiritum sunt: que spiritus sunt: sapiunt. Ergo primi
tantum qui secundum spiritum sunt. non sapiunt ea que carnis sunt. licet operentur ea. Et
qui secundum carnem sunt. non sapiunt ea que spiritus sunt intuitu carnalis: Potest autem & simpliciter
ut in glosa accipi. Non intelligo. i. fallor & seducor nec probo: dum operor malum.
quia dum spiritualis non intelligo nisi bonum: & tamen facio quod non sapio nec volo. s. malum
q.d. Ex intentione & consilio electionis non facio malum. sed bonum eligo & tamen
fit ut contrarium faciam. Carnalis autem utique intelligit: quia de proposito & industria
ac electione operatur malum volens. Et si quod bonum operatur. casualiter facit i.

Tertium. Non enim quod volo bonum. hoc ago. sed quod odi malum. illud facio
de carnali autem dicit Orat. Mali autem oderunt. Si enim odissent. non perpetrarent
in opere. sed contra pugnarent ac laborarent.

Quartum. Consentio legi dei: quia bona est. quia lex vult bonum. & ipse vult
bonum: ergo consentiunt. Hoc non facit carnalis homo. sed potius dissentit legi. &
mallet legem (si fieri posset.) non esse. ideo non vult bonum sed malum. Et licet
operetur bonum (ut dixi) non tamen sapit ipsum. quia timore servili coactus operatur
sed tamen desiderium contrarium si liceret impleret

Unde

Non est putandum quod Apostolus velit intelligi se malum quod odit facere: & bonum quod
vult non facere. ut moralis & methaphysice. i. nullum bonum sed omne malum
faciat. sic enim sonare sensum verba eius sonant. Sed vult quod non tot & tanta
bona. nec tanta facilitate faciat bonum quotiens & quanta vult. Vult enim purissime
liberrime & letissime: sine molestiis repugnantis ~~concupiscentie~~ carnis: operari quod non potest

Ut quem castum esse proponit: vellet nullis titillationibus impugnari. sed in eo facilem
castitatem habere. sed non sentit a carne: que suis motibus & cogitationibus facit
molestissimam castitatem. & agit sua contraria desideria. ex instinctu spiritus
Quem vigilare: orare: operari proximo: proponit sed invenit rebellem carnem
& alia machinantem ac cupientem. Unde singulariter hic notandum est
quod facere & perficere Apostolus distinguit. ut beatus Aug. li. 3 contra Julianum
episcopum docet. facere hoc enim hic pro conari. machinari: desideria mo-
vere. velle vero accipitur contra sine intermissione caro contra spiritum & spiritus
contra carnem operatur. Si enim pro opere implere acciperetur. Non deberet Apostolus
dicere. Quod nolo malum facio. quod volo bonum non facio: quibus verbis
evidentissime exprimit pugnam inter carnem & spiritum: Quia vult aliud
quam facit hoc est habet duplicem & voluntatem per spiritum diffusa charitate propter
ad bonum & aliam ad malum: & tamen resistente carne & adversa concupiscentia
non potest bonam voluntatem implere & perficere: Si enim perficeret & impleret
sine resistentia bonum operaretur & delectabiliter: hoc enim vult voluntas eius
Nunc autem non ita operatur. ideo quod vult non facit. sed quod non vult facit. Si
autem quam sine pugna est. & carnem sentiret & concupiscentias obedire: utique non resisteret
non dicit. Quod nolo hoc facio: non delectatur in contrario quod facit. sed in eo
quod operatur. id perficere autem est implere: quod vult vel concupiscit. Ut
spiritus perficit quod vult bonum: qui sine rebellione operatur secundum legem dei. quod
non est huius vite: quia perficere non invenio. Caro autem perficit: quoniam cum delecta-
tione: sine repugnantia & difficultate. operatur secundum concupiscentias. Et hoc est huius
vite mors & perditio nostri: facile est enim malum operari. ideo
dixi hoc verum spirare. non carnaliter. sed spiritualissimum huius [illegible] hic loquitur
Quinto. Non ego operor illud. sed quod habitat in me peccatum: ideo etiam
non peccat. quia non consensum facio: caro concupiscit: immo proprie ipse non concupisce-
re desiderat. concupiscentiam carnis: Et tamen dicit Quod volo bonum non facio. Quia
eadem persona est spiritus & caro: ideo quod facit caro. totius facere dicitur. Et
tamen quia resistit totius non facere sed pars eius ex toto dicitur: Utrumque ergo verum
& ipse & non ipse operatur. Sic ostendit duum esse non ex voto eius incedunt
ipse facit & non ipse facit. quod incedit taliter. Quia non est extra sine eo. nec ipse sine
ergo. Carnalis autem utrumque quia consentit legi membrorum: utique ipse operatur quod peccatum
operatur. quia in non sunt duo sed persona. mens & caro. sed ex utraque voluntarius.
Sextum. Scio quia non habitat in me. hoc est in carne mea bonum. Vide
quomodo carnem partem sui sibi tribuit. quasi ipse sit caro: ideo semper dixit carnalis sum
venundatus non bonum. sed malum fatetur: quia facit malum: propter carnem est car-
nalis & malus: quia non est bonum in eo & facit malum: propter spiritum est spiritualis &

bonus qui facit bonum. Ideo nonum ex hoc verbum. Volo et odio: ad spiritualem partem scilicet spiritus
sancti. aut et operor. ad carnalem scilicet ad carnem refertur. Sed quia ex carne et spiritu una
unitas homo constat totalis. ideo toti homini tribuit utraque contraria: que ex contrariis suis
partibus veniunt. Sic enim fit communicatio ydeomatum. Quod idem homo est spiritualis
et carnalis. iustus et peccator. Bonus et malus. Sicut eadem persona Christi simul
mortua et viva. simul passa et beata. simul operata et quieta etc. propter communicationem
ydeomatum. licet neutri naturarum alterius proprium conveniat. sed contrarium
dissentiat modo notum est. Hec autem in carnali homine nequaquam habent locum.
ubi omnino totus homo caro est: quia non permansit in eo spiritus dei. Ideo carna
lis non potest dicere in me id est in carne mea: quasi ipse aliud a carne perso
naliter sit. Sed est ad unum carnem per consensum in concupiscentias eius. Sicut vir et mu
lier una sunt caro figuratum. Sed meretricalem et fornicaria. Et
ex hoc iam potest melius intelligi quod supra dixit in similitudine. Mortuo
viro mulierem esse liberam: in similitudinis ideo videtur inepta applicatio
quia dicit potius animam ipsam velut mulierem mortificari et sic liberari
virum autem id est passiones peccatorum manere Sed captivari etc. Verum Apostolus
ad personae identitatem respiciens congruum in utrisque videt. Quia caro sit mu
lier et anima vel mens sit vir. Quia dum sibi in concupiscentiis consentiunt sunt
Adam et Eva sunt una caro. Si autem moriatur mens vir carnis morte
spirituali: iam nos mortificati sumus in tota persona legi. Et sic liberati ex
in tota persona: licet alterum respiciat carnem alterum spiritum. Adeo ipsi
sumus nos vir mortificatus et mulier liberata a lege que tenebat hunc
virum et hoc congruum scilicet veritatem sine amphibologia. Et multum est carnem con
cipere occasionem sine spiritu. Ergo nos mulier propter carnem id est carnales
et vir propter spiritum carnis consentientem simul sumus mortui et liberati. Quia
persona pertinet lex utriusque: licet partes sint diverse propter que pertinent
conveniunt enim sibi ideoneata partes toti secundum singulas suas. Ideo ait. Itaque et
vos ait mortificati estis cum tamen solum secundum interiorem mortificati simus: et
liberati scilicet soluti a lege: Quod itidem convenit toti propter interiorem hominem. et
communi et carni scilicet exteriori: quia nec ipse legi servit scilicet peccatis. Sed liberata
est propter interiorem liberationem: cum quo idem est homo. quod est et erat mulier.

Septimum Velle mihi adiacet: perficere autem non invenio: Istud velle est
promptitudo spiritus. que ex charitate est de qua dixit Non quod volo bonum
etc. prius id est Sed in lege domini voluntas eius: Sic enim Velle mihi adiacet id est
beneplacitum et delectatio boni: quod lex precipit. ut et infra. Condelector legi dei secundum
interiorem hominem. Sed perficere sic hoc bonum legis resistente carne non potest
que vult non concupiscere: et bonum iudicat non concupiscere: et tamen concupiscit

& non perficit hoc velle suum: Et ita semper sibi pugnat. Sed quia spiritus & caro non coniunctissima sunt unum. licet diversi sint: ideo utrumque opus sibi totus tribuit quia simul sit totus caro & totus spiritus. Ut enim. isto verbo declarat se & obiectioni respondet. si diceretur. Si non facis quod lex debet. Sed facis quod non vis & non facis quod vis. Quomodo ergo non peccas? Respondet. Ego facio. Sed non perficio bonum: quia non extinguunt concupiscentias carnis. Hoc itaque velle & hanc voluntatem quam beato viro tribuit ps. 1. & solus spiritus donat per charitatem. Quomodo potest habere carnalis homo? qui voluntatem penitus habet. ideo textus iste non sine extrema violentia illorum doctorum potest dici cum magna iniuria illorum verborum. volo. Nolo. velle. etc.

Quartum. Invenio igitur legem volenti mihi facere bonum. id est consentiens legi invenio. dum volo & promptus sum secundum legem dei facere. Volens autem non dici potest carnalis. ut ps. 111. Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius volet nimis. Secundo divina dispensatione fit. ut illa concupiscentia. dum resistit volenti & bonum volenti. corpus magis perficit voluntatem & accendit in odium magis sui quam si non resisteret. Quia cognoscitur eam & ideo quo magis resistit & compescit eo magis odium sui. Sic irato: si offensor magis instet. magis irato facit Sed hunc indignationem igitur non habet Carnalis: nec sentit resistentiam quia rapitur & cedit

Ac. Nec agnoscit quod malum sibi adiacet. Nemo enim malum suum agnoscit. nisi sit in bono supra malum constitutus. unde iudicare & discernere potest sicut oculus sic tenebras non nisi per lucem discernit. & contrarium contrario cognoscimus. & vilis splendore iudicamus. Si ergo non esset in luce spiritus. malum carnis sibi adiacere non videret nec gemeret. [illegible] in superbis in mundo

Nonum. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Ecce expresse dicit se habere interiorem hominem: Hic autem non est. nisi spiritualis. Quia sine spiritu totus homo est vetus & exterior. Est autem interior mens & conscientia pura & volens in lege dei. Item Condelector. id est dulcia sunt mihi eloquia dei. Et bonum mihi lex oris tui. Carnali vero non sunt amara & aspera. plerumque odio. quia voluntas fabre potest laborans; ea suspecta habet timore penae sed diligere ea videatur sibi & aliis. Ista delectatio est ex spiritu sancto per charitatem ut saepe dictum est. sine quo impossibile est diligi legem & instinctu sine vehementius haeret in lege: quam sine lege: quia odit se sine debere. quod non incipit tunc eius contrarium incipit

Decimum. Video aliam legem. repugnantem legi mentis meae. Ex quo patet se habere ut pugilem inter duas contrarias leges. Non dicit ut multum. quia non repugnat lex membrorum legi mentis. Sed mens debet membris. Qualis est in carnali homine. Secundo indicat se omni legi servire & deditum esse. atque aliam repugnantem sibi sustinere ac non ei servire sed potius reluctari. Quam repugnantiam cum querela de repugnantia in homine carnali nusquam auditum vel notum est

Undecimum. Infelix ego homo. quis me liberabit de corpore mortis huius. Hec ex
suis perfectionem spiritualem indicat huius. Nam gemit ac dolet. ac liberari cupit
Sed certe nullus sic infelicem asserit: nisi qui spiritualis est: perfecta enim cogni
tio sui ipsius. perfecta humilitas est. perfecta ac humilitas perfecta sapientia est. perfecta
sapientia perfecta spiritualitas est. Igitur perfecte spiritualis dicit. Infelix ego homo
Carnalis autem non cupit liberari & dissolvi. sed maxime horret mortis dissolu
tionem: nec per miseriam suam agnoscere. Hic autem cum dicit. Quis me libe
rabit de corpore mortis huius. idem dicit quod alibi Cupio dissolvi & esse cum christo
Et ideo mirum est potuisse ulli in mentem venire. Apostolum hec verba in persona
veteris & carnalis hominis loqui: que tanti sunt perfectionis verba. precipue
Apostolo videlicet superiori non nisi bona de seipso sentire & legem debuerat hoc est
seipsum commendare & peccatorum negare ut ... non commendaret & negaret. Immo
consolatorium est audiens Apostolum audire: eius alterum gemitibus & ministris
involutum: quibus & nos involvimur: dum deo obedire cupimus

Duodecimum. Igitur Ego ipse mente servio legi dei: carne autem legi peccati
Hoc omnium expressissimum est. Vide ut unus & idem homo. simul servit legi dei
& legi peccati. simul iustus est & peccat. Non enim ait. Mens mea servit legi
dei. Nec caro mea legi peccati. sed ego inquit totus homo persona eadem servio
utramque servitutem. Ideo & gratias agit quod servit legi dei: & misericordiam
querit quod servit legi peccati. Quis hoc de carnali asserat homine? qui servat
legi dei. Vide nunc quod supra dixi. & simul sancti dum sunt iusti sunt
peccatores. iusti quia credunt in christum. cuius iustitia eos tegit & eis imputatur
peccatores autem: quia non implent legem. non sunt sine concupiscentia. sed sunt
egrotantes sub cura medici: qui sunt re vera egroti sed inchoative & in
spe sani. seu potius sanificati. i. sani fientes: quibus nocentissima est sanitatis
presumptio. que peius recidivat. Ex hoc usque sententia secundum Apostoli
cap. 2. tam ardenter contra eos loquitur. qui iusti sibi erant & videbantur
eos qui mala egerunt. cum ipsi eadem agerent: Iudicantes non facientes sed facientes et
Roma. Quasi. intelligeret eorum opera externa. certissimum enim erat: dum ex gratia
sunt: eos contra legem agere sed intus in corde. Quia si spiritualis homo non facit
quod debet. qui vult facere quod debet. Contrarium Carnalis qui non vult sed cogitur
facere quod debet. non facit quod debet. Sic enim Spiritualis homo omnia iudicat
ex seipso: Ipse autem a nemine iudicatur. Intelligimus pro iusti tamen
verbum illud David. pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno.
Et cur Christus mulieres sive synagogam propter fidelitatem repudiaverit: quia sibi hanc
iniquitatem suam: non vult agnoscere. & confiteri misericordiam dei. Sed iusta sibi
videtur & sancta. Sic alibi cap. 4 facte dicte sunt

Sine Lege enim peccatum mortuum erat

Hoc b. Aug. exponit in figura textu de tempore infantie ante usum rationis. li. 2

tunc enim lex requiescit: & incipit peccatum latere. Cum lex incipit cognosci, tunc

et incipit concupiscentia & fit manifesta: que latuit in infantia: ~~Ex quo~~ Cum autem

et incipit in adolescentia: profecto ostendit quod lateret in infantia. Sic

tenella plantatio: non ostendit quid ferat fructus. Sed ex maturioribus foliis &

natis fructibus scitur qualis sit arbor. Ut intelligatur etiam

spiritualiter: Nam sunt etiam pueri sensu & pueri sensuum commotione: ii scilicet

qui angelo satane fustigantur. sub specie spiritualis boni (qui ardenter affecti

sunt primarii. Et forte illos adulter ardet in feminis vel avarus in pecuniam)

relinquunt legem & opera dei. ut Iudei heretici. Scismatici: Singulares. Nam

quibus quia lex nondum est, non habent peccatum. Si autem scirent legem contra quam peccant

non sunt bono zelo pro lege surgenti, sine dubio statim peccatum agnoscerent. Ubi

enim venit eis lex, reviviscit eis peccatum. Quia tunc magis ardent in sua

desiderata & affectata. & fortius irritantur contra legem: & odiunt ea habent.

quod prohibet eis quod ipsi elegerunt. Sic legem non sibi videtur. Ubi tamen lex

dicit. Non concupisces: adeo prohibita est concupiscentia prohibita. ut quicquid concupiscitur

preter deum: etiam si propter deum concupiscatur. peccatum sit. Verbi gratia. Ieiunia oraciones.

Studia. Lectiones. devotiones. meditationes et alia opera huiusmodi. pro se diligunt. dum

videt hec optima & deo placentia. Ita ut si ad viliora vocentur. indignentur.

& murmurent. Ignorantes stulti. quod deo non opera: queremus. placuimus solummodo sunt.

Sed spiritum quietum. & mitem et obedientem deus requirit. Ut psalmo 50.

Quoniam si voluisses: sacrificium dedissem: utique holocaustis non delectaberis: (i. quaerimus

opera nostra non curas. dum a nobis eliguntur.) Quid ergo? Sacrificium deo spiritus

contribulatus (i. fractus.) cor contritum (i. fractum) & humiliatum (i. contritum) deus

non despicies: (i. cor & spiritus non primum sensu induratum. Sed ductilia & frangibilia

ita ad voluntatem tuam: quam non eligunt. Sed expectant eligi ad quodcunque opus.

Et hoc totum: ut labia mea aperiat & os meum annunciet laudem tuam. Quia

qui ex se eligunt; a sua laude temperare non possunt: sibi enim omnino placent. ideo

& deo placere volunt: illi autem deo placent: & adeo sibi placent. Sic enim diabolus

omne ingenium versat. ut voratus [illegible] faciat: & ad id pollicitetur [illegible] sedendo

ad quod vocatus non est: quasi stultus sit deus aut ignoraret: quo eum vocare voluerit

Et ita contra sapientiam dei pugnat diabolus. & iustitiam dei tribuere nititur apud nos

et ad idolatriam nos abducit. fingens deum hoc velle: quod non vult. Hec vere

sunt idola domus Israel: nunc posita in capite omnium viarum posita per totam

Ierusalem

li. 2 [illegible] Cum & pueritie [illegible] adhuc rationis nullus est usus. [illegible] tamen [illegible] mortuum [illegible] carnalem [illegible] mandatum & reviviscit peccatum [illegible] cognoscit [illegible] fuerat [illegible] apparere [illegible] in infantia latuerat [illegible]

Sive aut nō ergo oper er

Sive ergo fallax Aristoteles metaphysica et philosophia secundum traditionem humanam decepit nostros theologos? Ut quia peccatum in baptismate vel penitentia aboleri noverint, absurdum arbitrati sunt Apostolum dicere: Sed quod habitat in me peccatum. Ideo hoc verbum potissimum eos offendit, ut ruerent in hanc falsam et noxiam opinionem: Apostolum scilicet non in persona sua, sed hominis carnalis esse locutum: quem omnino nullum peccatum habere contra eius multiplicatas ac expressissimas assertiones in multis epistolis garriunt.

Que stulta opinio eo profert nocentissime fraudis, ut baptisati vel absoluti statim se sine omni peccato arbitrantes, securi fierent de adepta iustitia et manibus remissis quiescerent, nullius sibi conscii peccati, quod gemitu et lachrymis lugendo et laborando expugnaret ac expurgarent. Igitur peccatum est in spirituali homine relictum ad exercitium gratie, ad humilitatem superbie, ad repressionem presumptionis. Quod qui non sedulo studuerit expugnare: sine dubio iam habet, ut si nihil amplius peccaverit, unde damnetur. Non enim ad otium vocati sumus, sed ad laborem contra passiones. Que non essent sine culpa (sunt enim vere peccata et quidem damnabilia) nisi misericordia Dei non imputaret. Non imputat autem solum iis qui viriliter aggressi cum suis vitiis gratiam Dei invocantes pugnant. Quo circa qui ad confessionem accedit, non putet se onera deponere ut quietus vivat, sed sciat: quod onere deposito aggreditur militiam Dei, et aliud onus subit pro deo contra diabolum et vitia sua domestica. Quod nisi sciat, cito recidivus erit. Quia non intendit deinceps pugnare: ut quid petit absolvi et ascribi militie Christi? Ex hac denique ignorantia illud Apostoli Heb. 12: Deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum, et pondus diaboli: Circumstans opera mala sic interpretati. Cum pondus ipsa opera, circumstans autem peccatum interius vitium peccati et fomitem dicat.

Est autem notandum quod Apostolus non vult intelligi spiritum et carnem esse quedam velut duo, sed unum totum. Sicut vulnus et caro sic unum: Ubi et si aliud sit proprium vulneris, aliud proprium carnis: tamen quia vulnus et caro unum sunt, et nomine aliud ipsa vulnerata caro sit infirma: ideo carni tribuitur quod est vulneris. Sic homo: sit est spiritus et caro: sed caro est eius infirmitas seu vulnus. Et in quantum diligit legem Dei, spiritus est; in quantum autem concupiscit, est infirmitas spiritus et vulnus peccati quod sanari incepit, sicut Christus ait: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Et b. Aug. li. 2 con. Jul. Catholice intelligis vitia nostra que legi mentis ex lege peccati resistunt. Non hec vitia a nobis separata alicubi alibi erunt, sed in nobis sanata nusquam erunt. Cur ergo non in baptismate perierunt? An nondum fateberis quod reatus eorum periit, infirmitas

90

monstrat. Non reatus quo ipsa rea fuerunt: sed quo ~~ipsa rea fuerunt~~ nos reos fecerunt
in malis operibus quo nos traxerunt. Nec ita cotidie nascitur infirmitas quae aliquando
sunt malum. quae infirmatur sed nostra infirmitas ipsa sunt. Ex ista paulatim
authoritate patet. Quod Concupiscentia sit ipsa infirmitas nostra ad bonum. quae in se quidem rea
est. sed tamen reos nos non facit: nisi consentientes & operantes. Ex quo tum mira-
bile sequitur. quod rei sumus & non rei. Quia infirmitas illa: nos ipsi sumus &
ergo ipsa rea & nos rei sumus. donec resistit & sanatur: sed non sumus rei. dum
non operamur secundum eam. Dei misericordia non imputante reatum infirmitatis sed
reatum consentientis infirmitati voluntatis. Et non [illegible] aliter [illegible]
intelligi: quam ex parabola Euangelii de homine semivivo relicto. Quia Samaritanus
infundens vinum & oleum: non statim sanavit. sed incipit sanare. Tunc ille
egrotus adhuc homo est infirmus & sanandus: [illegible] sanus. bona recipit sed
ut infirmus alia recipit & cogitur infirmitati cedere: quod non vult ipse.

Ex isto patet Metaphysicorum theologorum frivolum & deliriosum commentum
quo disputant de accidentibus contrariis an possint in eodem esse subiecto. Et fingunt
spiritum (i. rationem) rei [illegible] velut absolutam & integram sine integram [illegible] perfectam. [illegible]
& personaliter sibi invicem ex opposito aliam contraria: [illegible] integram [illegible] absolutam
& stultis suis phantasmatibus [illegible] [illegible] Caro sit ipsa infirmitas
velut vulnus totius hominis quod per gratiam in re sibi spiritum [illegible] est sanari.
Sicut enim in egroto sic duas res contrarias fingit [illegible] non sic [illegible] corporis quod [illegible]
sanitatem. & tamen cogitur carere: quod sit infirmitate [illegible] corpus sub [illegible]. Et
ut phantasticis theologis crassius ingeramus exemplum. Domus [illegible] collapsa
[illegible]: sed incipit instaurari: aliud est ut eius constructio vel status &
[illegible] aliud eius adhuc imperfectio? [illegible] eadem res est. eadem domus. [illegible]
[illegible] est. & perficere in domum: sed [illegible] imperfecta sit [illegible] novum est. & desinere
a [illegible] domus. Sic nos primitias habentes spiritus [illegible]
creature dei. secundum Apostolum Jacobum. superedificamini (1. pe. 2.) domus spiritualis et
se construenda edificatio crescit in templum sanctum in domino

Ad quod habitat in me peccatum

B. Aug li. 2. contra Jul. Quod enim peccatum mortuum est. quomodo multa operatur in nobis reluctantibus nobis.
Quae multa? Nisi desideria stulta & noxia: quae consentientes mergunt in interitum [illegible]
Quod ergo mortuum dicitur hoc peccatum in baptismate & quod habitare in membris fateatur
& multa operari desideria: nisi quod mortuum est in eo reatu: quo nos tenebat & donec spiritualiter
perfecta sanatur: rebellat & mortuum. Peccatum igitur non eodem modo appellatur peccatum. quo
~~nos reos~~ facit reum. sed quod sit reatu primi hominis factum: & quod rebellando nos trahere
[illegible] Ergo est ipsum originale vitium [illegible] [illegible]
[illegible] nos ei [illegible] [illegible] ipsum nobis. et potius ipso [illegible] nos ad
[illegible] per gratiam [illegible] in hac vita. [illegible] illud ps. 80. [illegible] ab [illegible] [illegible]
[illegible] quod [illegible] Non concupisces [illegible] quod [illegible] (Eccl. 18 post concupiscentias tuas non eas. sed modo [illegible]
peccatum [illegible] & [illegible] est: & peccatum si [illegible]: [illegible] [illegible] & [illegible] non formaliter
peccatum

Margin: li. 3. contra Jul. c. 20 [illegible] [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Margin: Et li. 1. ad Val. c. 23. Concupiscentia [illegible] ad reatum [illegible] est peccatum in re [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]: ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

perficere autem non invenio dicit. facere — perficere hoc loco

B. Aug. li. 3 con. Jul. in fine. Verba quod scribit Aplus ad Gal. certe baptizatos dicit ait: ingruit: Spiritu ambulate et concupiscentias carnis non perficietis. Non ait: ne feceritis: quia eas non habere non poterat. Sed ne perficeretis, idest in opera carnis consensu voluntatis impleatis. Si ergo non consentiamus concupiscentiis carnis quibus agimur motibus, non tamen perficientur operibus. Proinde cum caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem: ut non ea quae volumus faciamus, nec carnis concupiscentiae perficiuntur quamvis fiant: nec nostra perficiuntur bona opera quamvis fiant. Fiunt enim tunc perficiuntur carnis concupiscentiae cum consentit eis spiritus ad operanda: ut non concupiscat adversus illum sed cum illa. Sic et bona opera nostra tunc perficientur: quando ita spiritui caro consentit: ut adversus eum: nec ipsa non concupiscat. Hoc enim volumus cum perfectae iustitiae desiderio concupiscimus. Sed quia id perficere in ista corruptibili carne non possumus ideo dixit ad Romanos. Velle adiacet mihi perficere autem bonum non invenio. Vel sicut habent Codices graeci. Velle adiacet mihi facere autem perficere non: i. non adiacet mihi perficere bonum. Non ait facere sed perficere bonum. Quia facere bonum est post concupiscentias non ire. perficere autem bonum est non concupiscere. Quod ergo est ad Gal: Concupiscentias carnis ne perficeritis. hoc econtrario est ad Ro. perficere non invenio. Quia nec illae perficiuntur in malo: quando non eis accedit nostrae voluntatis assensus. Nec nostra voluntas perficitur in bono quamdiu illarum: cum non consentimus permanet motus. Sed quis ergo facit bonum opus: non consentiendo concupiscentiae malae, sed non perficit. Quia ipsa mala desideria non absumit. Et caro facit malum desiderium. Sed nec ipsa perficit quia non sibi consentiente spiritu: et ipsa ad opera damnanda non pervenit

Ex quo textu illud solatii habemus. Quod licet recentiores doctores eadem dicunt. De primis motibus. de fomite extinguendo: de delectatione et consensu: tamen quia sine scripturis testibus loquuntur. parum autoritatis dogmatum. Nunc vero cum doctores antiquos sic Aplm sentientes eadem apertius dicunt. quanto res solatii nos minore sentimus. et scrupulis conscientiae facilius medemur praeter hoc quod Scholastici doctores subtilius vel facilius de ea re loqui praesumpserunt scrupulosos et obstinatos locuti sunt. in humanam formam. locutiones divinas transferentes. Quoniam fictilis est et noxia eorum phantasia: de ex Aristotele. Virtutes et vitia velut albedinem in pariete. scripturam in [illegible] et formam in subiecto: evidentissimis verbis et metaphoris docuerunt animae haerere. hic enim spiritus et carnis differentiam penitus cessant intelligi

Nam quod impossibile erat legi

Ubi nunc ẽ liberum arbitrium? Ubi sunt, qui ex naturalibus nos posse
elicere actum diligendi deum super omnia? Ego si dicerem impossibilia esse
precepta: maledicerer. Nunc Apostolus dicit impossibile fuisse legi. preceptum diuinum
suo ipsius infirmatum per carnem. Hoc est quod supra sepius dixi: simpliciter esse
impossibile legem implere ex nobis. Et non intelligunt quod dicitur. Hec precepta
sunt scholasticorum facti, sed non ad intentionem legislatoris posse implere. quia licet ex nobis
quod velle & posse fieri. sed non modo quo vult deus, scilicet in gratia. At per hoc
utilis quod sed non necessaria ẽ gratia. Nec per predictum Aristotelem uitium nature in
incurrimus. sed integri in naturalibus sumus. Ita olet philosophia in intellectum
nostro: quasi ratio ad optima sit deprecatur. & de lege nature multa fabulantur.

Certum ẽ sane quod lex nature omnibus nota est. & quod ratio ad optima
deprecatur. Sed quae? non secundum deum. sed secundum nos. i. mala bona deprecatur. Quae
sic & sua in omnibus querit. Non autem deum: quod sola fides in charitate facit.

Unde & opera & virtutes & genus bona naturalia inquam: scientia: inventa
mala bona sunt. quia non in deum referuntur. sed in creaturas. i. in seipsum.
Quo enim in deum referret: qui non super omnia diligit? Quomodo diligeret, quem
non nouit? Quomodo nosset, qui natiuis peccati sunt in tenebris & innumeris quo ad intel
lectum & affectum est? Igitur nisi fides illuminet. & charitas liberet: non
potest homo quicquam boni aut velle aut habere vel operari. sed malum tantum. etiam cum
quod bonum operatur.

Coroll.

Quod dicitur. humanam naturam in genere & uti. nosse & velle bonum. sed in par
ticulari errare & nolle: Melius diceretur in particulari nosse & velle bonum.
sed in uti non nosse neque velle. Ratio. quia non nouit nisi bonum suum seu
quod sibi bonum est. & honestum & utile. Non autem quod deo & aliis. Ideo magis
particulare suo individuum tantum bonum nouit & vult. Et hoc confirmat experientia
Quae bonis desiderat incuruata in se. adeo ut non tantum corporalia sed & spiritualia
bona sibi inflectat. & se in omnibus querit. Quae curuitas ẽ nunc naturalis
naturale uitium. & naturale malum: ideo ex nature viribus non habet adiutorium
sed ab extrinseco alio potentiore opus habet auxilio: quod ẽ charitas: Sine qua sit
omnia virtus; agens; cogitans. i. nihil tibi inflectes & queras. sed deo soli
Tunc enim cognoscet velut bonum in omnibus
particularibus bonis & videbit omnia. Igitur impossibile ẽ nobis preceptum
Unde b. Aug. de gra. & arb. 16. Ideo iubet aliqua quae non possumus ut nouerimus
quid ab illo petere debeamus. Ipsa ẽ enim fides. quae oratio impetrat: quod lex imperat

Cord

frustra magnificatur ab aliquibus Lumen nature. Et comparatur Lumini
gratie: cum potius sit tenebra et contrarium gratie. Unde et A Job et
Jeremia maledicitur quod sit dies mala et visio pessima: quod Lumen sta-
tim per peccatum ortum est. sicut scriptum est. Et apti sunt oculi eorum
Gen. 3. Gratia enim sibi preter deum nullum statuit obiectum: in quod
feratur et tendit: tamen solum videt. hunc solum querit et in omnibus intendit
cetera omnia: quia in medio sunt et deum videt. quasi non videat. transit
et in deum pure dirigit. Hoc est cor rectum et spiritus rectus.
Natura vero preter se ipsam nullum sibi statuit obiectum: in quod se
ratur et intendit. Se solam videt. querit et in omnibus intendit. Cetera
omnia. ipsum quoque deum in medio quasi non videat: transit. et in se ipsam
dirigit. Hoc est cor pravum. et iniquum. Sic gratia deum statuit in
loco omnium que videt et suspicit. et preficit sibi: solumque ea querit que dei
sunt: non que sua sunt. Ita Natura econtra se ipsam statuit in loco
omnium et in loco etiam dei: solumque ea querit que sua sunt: non que dei. Ideo
idolum est ipsa sibi primum et maximum. Deum et deum sibi trans-
mutat in Idolum et veritatem dei in mendacium. tandem omnia creata et
dona dei. Gratia in omnibus que videt: non est contenta: nisi
deum in illis et super illa videat. et in gloriam dei omnia: esse: videri: operari
velit optet et gaudeat. Natura contra omnia que videt: nihil esse
putat: nisi in sua commoda vertat: et sibi serviant et operentur.
Tunc autem estimat ea: si in suam fruitionem et usum et bonum ea perduxerit
Hec est fornicatio spiritualis et iniquitas et merito nimia valde.
Non ergo Lumen: sed tenebre rectius vocari potest ista prudentia: Nisi
quis ideo Lumen appellet: quia videt illa et cognoscit per rationem et sensum
et Amorem quo ad affectum: quo illa cognita sibi inflectit: verissime
tenebre sunt. Nec potest aliud ex natura sua: quam nisi sibi inflectere.
deum enim et legem eius diligere non potest. Ut hic Apostolus Ro. 8.
Regnum autem dei intra eum est. et affluentibus illis. ipsa ridet et gaudet
recedentibus autem illis turbatur et inquietatur. Non sic gratia. Verum
Neutralis permanens solam dei voluntatem in omnibus diligens et observans
contenta est. utrumque queramque contigerint. tam in seipsa quam in omnibus aliis
Quicquid deus facit et vult: et ipsa quod vult et ei placet. Similiter sic ipsum
Quem etiam ipse deum laudat et benedicit: tunc etiam cum maxime contra
obviantur et tristia. Sit in tristibus gaudere. et in letis lugere
quod carni ex viribus suis est impossibile.

In quo infirmabatur

B. Aug. hoc loco: Infirmabatur lex non implendo quod praecipiebat, non suo vitio
sed per carnem, i.e. per homines qui carnalia bona appetendo non amabant iustitiam
legis, sed ei temporalia commoda praeponebant. Hoc autem fit quando timore poe-
nae vel amore utilitatis lex observatur, ac per hoc sine corde et voluntate
ad legem: Non sic quod deus ita praecipit ac voluit, sed quod bona promisit vel
mala interminatur. Solus enim amor voluntatis liberrimus: ideo facit vel omittit
quia deo sic placet: et non curando quicumque aliud bonum, sed istud ipsum dei voluntatis.
nec metuendo aliquod malum Quod non est naturae, sed gratiae per fidem Christi donatae per spiritum sanctum.

Corol.

Istud infirmabatur magis referendum est ad cor vel affectum quam ad opus. Nam
legem quod foris in opere servabant, sed intus in corde odiebant, similes illis
Ps.: Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. quod
non possent ex ipsis boni esse intus quales apparent foris. Ideo et dixi
fiducia hz sed Aplz. c. 2. tu audacter asserunt eos fuisse: quando
iebant in furacium et certissime sciens quod: sine gratia non implere
voluntatis. quod sunt docebant ore et ostentabant opere. Cum sine gratia: omnes sunt
Gen. 8 ex illa de massa illa perditionis. de qua dicitur. Sensus et cogitatio
cordis humani ad malum (non neque ad bonum quod lex praecipit) prona sunt.

Dicitur neque aut omnia infirmabatur neque: ex perfecta legis cognitione
et videlicet: quo implerent neque fuerat Christus largitor spiritus et gratiae.

De peccato damnavit peccatum.

B. Aug. hoc loco. Ut levius esset mors Domini: ne mors timeretur, et
ex eo: iam non appeterentur temporalia bona: nec metuerentur temporalia mala
in quibus carnalis erat illa prudentia: in qua impleri legis praecepta
non poterat. Hac autem prudentia in homine dominico destructa et ablata
iustitia legis impletur. cum secundum carnem non ambulatur sed secundum spiritum.

Ex quibus vides quod per peccatum et prudentiam carnis idem hic intelligit
quod peccatum damnari (b. Aug. dicit prudentiam carnis destrui et auferri).
Qua destructa: iam nec mors timetur nec vita diligitur. Ideo lex tunc
impletur quando solus deus diligitur. Qui enim homo non timet mortem
propter deum. nec vitam etiam diligit super deum: utrosque seipsum peccatores odit
deum vero super omnia diligit. Qui enim deum super seipsum diligit
sine dubio et super omnia deum diligit. cum nihil ita sit quod seipsum diligit
sed hoc est carnis. impossibile prudentiam enim carnis seipsum diligi facit super
omnia et super deum. Alioquin si posset: gratis Christus mortuus esset
cum sic sana esset et amica deo: et falso diceret Apostolus. legi dei non

est subiecta: nec potest. Vbi nota hic arguitur: quia dicit voluntatem
posse elicere actum dilectionis dei super omnia ex puris naturalibus. Et
argumentum tale facile est dicentium quamvis intellectus potest dictare
volendum & faciendum: potest voluntas velle: sed intellectus dictat deum
diligendum super omnia. ergo voluntas potest velle id. Conclusio quod male quod
dicitur & subsumitur & sic concludendum quod voluntas potest velle
deum esse diligendum super omnia sicut dictatur. Ex quo non sequitur quod
potest diligere deum super omnia: sed solum tamen notum velle. et hoc
facere: i. voluntatem voluntate habere: quod dicitur esse habenda
Alioquin frustra diceret totiens omnis & lex data est ut haberet
ut superbos de virtute sua presumptos.

Quod ergo damnavit de peccato peccatum sed quod
morte sua fecit mortem non timeri & destruxit prudentiam carnis
ab hominibus? Unde per meritum mortis sue: quia nobis meruit spiritum
dari & conferri prudentiam carnis. Spiritus enim occidit prudentiam
carnis & vivificatur utrumque interiorem. facitque mortem & totum &
vitam prodigi: ac deum solum super omnia diligi. sed illud contrarie
fortis est mors dilectio & dura sicut infernus emulatio.
Et hec quod Nota.

Quia Non ait. Et de peccato in carne damnavit peccatum in carne
Ut differentiam exprimeret peccati & peccati in carne: Ut peccatum quod de
natum est peccatum in carne: Est enim pena peccati: qua caro in carne
quod sine peccato fuit: sed propter peccatum penas peccati: similitudinem
carnis peccati gessit. Vbi de peccato carnis: quod in ea carne nullum peccatum fuit
damnatum est peccatum quod in carne omni alioque est.

Quod erat Impossibile Legi &c

Apostolus potius dicit Impossibile erat legi: quod nobis. cum illa impossibilitas non
sit nisi in nobis quod noserunt sed impotentia carnis ad legem implendam
Sed hoc more suo & occasione tunc postulante facit: Quia tunc etiam
potissimum dissentiat. Qui de natura propriis viribus confidentes: nullum
aliud auxilium putabant: quam cognitionem legis. ut Iudei & apostolo
de omni scripto: quam omnis eodem scriptura dicunt aliud. Exo. 20. legem
nobis & ~~faciemus~~ Et 19. Cuncta que locutus est deus faciemus. Hii ergo omnes
legem sibi sufficere putant & eo nedum errant: quo putant legem exterius
vel tamen operibus impleri: Horum una in lege & cognitione eius sciendum
tamen deus & impossibile fuerit legi: hoc prestare: quod illa persuasit: sed
ablationem peccati & cognitionem iustitie: In quo non lex [illegible] sed

Stulta & vana est de lege opinio & confidentia: lex autem in se optima est
Sicut si egroto volenti vinum bibere & stulte sanitatem ex eo presumenti
opinanti: Medicus sine omni exceptione vinum [illegible] [illegible] est vino
ut te sanet. Sed potius morbum angebit: In quo non vinum sed stultam
fiduciam egroti ~~[illegible]~~ vituperat. Sed alio opus remedio erat: quo firmaret
ad sanitatem ut vinum bibere possit. Ita & alia lege medicina opus est
nature corrupte: qua firmat ad sanitatem ut legem implere possit

Egregium simile

Sapientia carnis inimica est deo

vt 26 [illegible] [illegible] & gre.

Apostolus prudentiam conformiter in hoc loco accipitur quam sapientiam. prudentia enim agibilibus, sapientia vero speculabilibus tribuitur ab omnibus doctoribus. Apostolus autem hic moraliter & de agibilibus loquitur. Est autem prudentia in eligendo bono & vitando malo. Hec autem sunt duplicia ideo & dupliciter hic describit prudentiam.

Prudentia carnis est electio boni proprii & vitatio mali proprii & reprobatio boni communis & electio mali communis. Hec est prudentia que dirigit carnem i. concupiscentiam & voluntatem propriam, que ipsa fruitur & aliis omnibus utitur etiam ipso deo: sed in omnibus querit que sua. Hec facit hominem esse sibi ipsi obiectum finale & idolum propter quod omnia agit patitur conatur cogitat dicit. Et ea sola reputat bona que sibi bona sunt & ea sola mala que sibi mala. Hec curvitas & pravitas & iniquitas in scripturis multipliciter arguitur sub nomine fornicationis & idolatrie. Et est vitium quod profundum est ut dictum est profundissime in natura immo est ipsa natura vulnerata & per totum fermentata natura, adeo ut non solum sine gratia sit irremediabilis sed etiam incognoscibilis ad plenum. Sed ut clarius eam cognoscamus gradus eius assignemus secundum eius obiecta que sunt etc. Ut alias dicitur obiecta inordinate fruitionis

& voluntas

Externa bona: Divitie, potestas, honores — parentes, amici, familie — cognati, filii, uxor
Corporis bona: Sanitas: robur, forma
Anime bona: Ingenium, memoria, intellectus, scientia, prudentia
Bone & artes: corporales, mentales — virtutes naturales, acquisite etc.
Sapientia corporalis i. humana ut liberales, plures etc.
Sapientia intellectualis s. in scripturis, creaturis — cognitiones & mysteriis
Gratia affectualis in iustitia: devotione, donis spiritualibus etc. in meditationibus
Deus affirmative in proprietatibus divinis

Hiis omnibus dei bonis donantur & circumeunt velut multiplici vestimento. Sed in hiis omnibus prudentia carnis heret. Non omnis

in omnibus: sed nec in uno omnes habet. Sz in eodem [illegible] magis alio [illegible]. Et
in aliquibus pluribus [illegible] in paucioribus aliis. Hec [illegible] omnia sibi inflectit
sum bonum in iis querit & horribiliter idola ex eis sibi conflat. pro deo vero
deum ea: non in deum refert. nec contentus est: si hec auferantur sibi. ideo
omnibus iis spoliabitur & nudabitur divitiis. Sunt ergo quedam
Qui infirma ex non resignant. et divitias: Alii si divitias: non tamen hono
res. Si honores. non filios. parentes: amicos &c. Si & hos. non tamen sanitatem cor
poris. vel vitam & sic consequenter. per multos astus & tenuissimos laqueos
& insensatos quos perdendo. ex quadam vi natura si non sit expedire: quando
[illegible] ex omnibus & maioribus. Sed gratia certo expedit. Sic ait David. Ipse
evellet de laqueo pedes meos. Isti sunt laquei venatorum. Non [illegible]
naturae bonae. Sed vitio prudentiae carnis sunt laquei.
Prudentia spiritus est electio boni veri & vitatio mali vere.
Acceptatio boni proprii & electio mali proprii: Quia diriget charitatem que
non querit que sua sunt. sed que dei & omnium creaturarum. Et ea sola reputat
bona que deo & omnibus sunt bona. & ea mala que deo & omnibus sunt
mala. Que non habet obiectum aliud: nisi deum negativum & omnia in deo
negative. Unde & omnibus in deo fruitur & nimis deo. Quod ait hec sint
facile est dicere: sed solius spiritus est efficere & solius experti cognoscere.
Hic enim fieri et tam multa subito disparcant & nihil fiat: nihil ab ea
[illegible] & ipsa penitus aversa ab omnibus: unum tamen requirit unum cum
maria. Sed Martha pro illa gradiens & stringens in multis turbatur.
obliviscens posteriora. sed extendens se in anteriora. Hinc sunt. Qui di
vitiis renunciantes. paupertatem profitentur. & non cessent in laqueos istos incidit. Quia
ceteri cadit in priorem. si in proprium sensum vel devotionem aut iustitiam. aut [illegible]
[illegible]. vel [illegible] in honorem & nomen glorie. &c. Ideo multis laboribus opus
est ut prudentia carnis tam multis laqueis irretita per prudentiam spiritus
superetur: continuis precibus & lachrymis.
Hii sunt laquei: quos S. Anthonius vidit in mundo. & gemens dixit
Quis poterit hos omnes evadere? Et responsum audivit. Sola humilitas: Quia ordo est eorum
meram [illegible] magistri. qui si in suos [illegible] dimandantur. sunt plurimi. Quod
verissimum est. ut aliquis cum evaserit divitiarum laqueum: in prima mansione
in [illegible] permaneat: incidit in aliam partem. si in [illegible] possessionis. agri vel
alterius beneficii sic de aliis. Igitur ea que sunt prudentie
carnis vitio huius in laqueos & in scandalum: eadem sunt virtute prudenti
e spiritus huius in expeditionem & [illegible] ad deum.
Ideo dicit. ea que carnis sunt sapiunt. Scilicet bona carnalia quasi obiecta
quibus fruuntur quasi omnia alia suspendunt. Non enim dicitur prudentia
carnis tamen. Quia [illegible] tamen voluptates querit. Sed omnia: quia sunt extra deum

Et quia in hac vita hec non possunt · fateor cum vita non hec sit in creatura
sed in solo creatore : quod est bonum prudentie spiritus·

B. Aug. hoc loco

Inimicus dei dicitur · quia legi eius non obtemperat · Et hoc per carnis prudentiam
idest cum appetit temporalia bona : et timet temporalia mala. Diffinitio enim pru-
dentie · in appetendis bonis et vitandis malis explicari solet. Ideo enim cum
dixisset prudentiam carnis inimicam esse deo : mox ostendit quod dixerat · inimica s(cilicet)
quia legi dei non est subiecta · ne quis Manicheus putaret aliquam naturam tamquam ex
adverso principio · inimicam esse deo Tunc ut obtemperatur legi dei · quando
hec prudentia extincta fuerit · ut ei succedat prudentia spiritus · qua nec in
temporalibus bonis spes nostra est, neque in malis timor. Eadem namque anime
natura et prudentiam carnis habet · cum inferiora sectatur : et prudentiam spiritus ·
cum superiora eligit et diligit · Quemadmodum eadem aque natura · et frigore con-
gelascit · et calore resolvitur. Sic ergo dictum est legi dei non esse subiectam pruden-
tiam carnis · nec enim potest. Sicut nix · adhibito calore solvitur. Et calescit aqua · nemo
nemo potest eam nivem dicere. Ita et Dominus Matth. 12. Aut facite arborem
bonam et fructum eius bonum : aut facite arborem malam et fructum eius malum
q.d. Si prudentia carnis · que est arbor mala : non fuerit mutata in prudentiam spiritus
que est arbor bona · non potest fructum bonum facere · Et si fructus simulet bonos
Non ex fructibus arbor fit. Sed ex arbore fructus. Non ex operibus et actibus
virtus ut Aristoteles. Sed ex virtutibus fiunt actus ut Christus docet · Quia
Actus secundus presupponit primum et operatio preexigit formam et virtutem
et effectus causam. Ista autem Temporalia Bona sunt intel-
ligenda: omnia que extra deum sunt · tam que sensu quam que intellectu comprehen-
duntur · sive vita sive scientia sive iustitia vel dilectio. Mala similiter
omnia que sibi sunt contraria ut mors condemnatio pena etc. Hec omnia non
timet · qui in spiritu prudens est · nec illa diligit aut estimat. Qui autem
carne prudens est · horribiliter timet · mortem · infernum · penam etc. Ideo
Si sentis te mortem horrere et non posse amare · signum certissimum sit
te adhuc in prudentia carnis involutum. Similiter si horres penam · si horres
iudicium futurum : si desperas propter peccata · omnia ista signa adhuc restante et sub-
sistente vinculo prudentie carnis. Non quod hec non sint timenda et horrenda. Sed
propter agnoscere prudentiam carnis ut infirmi laborent · ab isto horrore liberari
et in spem securitatis transferri per gratiam dei. Tales enim infirmi adhuc sunt
sub lege · nisi quod suspirant et faciem vertunt ad gratiam ut erudiantur.

Qui vero prudentiam spiritus habent · voluntatem dei diligunt et ei conformes
congratulantur. Unde cum stat · hanc esse voluntatem dei : quod iudicium extremum
fiat, et horrore omnia replebuntur. Et ira eius nota fiat : non terrentur. Sed cum
gaudio hec expectant et optant cito fieri : Ita quod aliis est summus horror ·
ipsis est summum gaudium · eo quod volunt perfecte voluntatem · ad quod deus vult

Ubi enim est voluntas ibi neque dolor neque horror est: sed optatum desideratum & voliti complementum & quietatio appetitus acquisitio. Sic ps. 95 Exultaverunt 95
filie Iude propter iudicia tua domine. Et deus quem terribilem scriptura depinxit de
iudicio dei subiungit. Hiis autem fieri incipientibus respicite & levate capita
vestra, appropinquabit enim redemptio vestra.

Frustra ergo humano affectu ministrantur aliqui miserias suas & aliorum futuras. Quod non est cogitandum quo non per timorem: evadamus istas miserias neque ideo predicanda ut homines ista horreant & expavescant. nisi hiis qui volunt in luto mundi. quibus utile est ut terreantur ad penitentiam. Sed penitentibus aut agentibus predicanda & suadenda ut ea cum gaudio desiderent & petant & postulare ut cito veniat dies illa: Non enim timendo sed amando fugimus iram dei & miseriam atque horrorem iudicii: & per conformitatem voluntati dei: quietantur ista. Quid enim prodest timere iudicii diem? Quod qui timet eum: odit eum & non vult eum venire. Sed nunc timendus est eum non venire. & timendus est ut bene veniat & ad salutem eius. qui odit adventum eius quod voluntas dei & beneplacitum est ut veniat. qui voluntati resistit: qui timet adventum eius. ideoque iuste dampnabitur ut rebellis dei. Quare recte ait Apostolus 2 Thi. ult. Non solum mihi sed & omnibus hiis qui diligunt adventum eius. Et petrus 2 pe. ult. in quo celi ardentes solventur ~~quos oportet~~ Quos oportet vos esse in sanctis conversationibus & pietatibus. expectantes & properantes in adventum diei domini: Et ad Tit. 2 sobrie & pie & iuste vivamus in hoc seculo expectantes beatam spem & adventum glorie magni dei &c. Et deus Luce 12. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis.

Hunc ergo timorem: nullus evincit nisi solus christus. Qui mortem & omnia mala superabit & gratiam que mortem superant. ideoque Credentes in eum amplius non habent: quod timeant amplius. sed beata superba contentione. rident & gaudent in malis hiis omnibus: non fugiendo & abhorrendo: Sed victoriam christi in illis fidelium: quam in semetipsis experiri & expectari ac videri. Ideo dicunt Ubi est mors victoria tua? Ubi est mors stimulus tuus? Non ergo fugiendo & vi mors & mala superantur: neque fuga & horrore evaduntur. sed defirmitate impotentia (i. impotentia) sustinendo sed ea patienter & videntur. Sicut christus suo exemplo nos docet: & fiducialiter obviam eundo morti & passionibus.

Quintum spiritum dei agunt, Hii filii dei sunt

Spiritus dei qui est liber: promptus hilaris: scilicet vitam hanc mortificare & omnia contemnere & abnegare: quod dictum non est. ex se ipso: ac sic nec mortem nec mors omnia mortis genera paratus sum perpetrare: Sed vana terre gaudia: terrena longeque bona: ~~blandimenta nociva~~: polluta sorde deponere. bona spontanee relinquere bona & obviam amplecti mala: quod est non nature. Sed spiritus dei: operis in rebus

Non enim accepistis spiritum servitutis

Antithesin facit Apostolus (i. compositionem) spiritus temporalis sive oppositi: quia servus & filius opponuntur ut Ioh. 8. Servus non manet in domo in aeternum, filius autem manet in aeternum, ideo & spiritus servitutis opponitur spiritui filiationis: & timor servilis amori filiali. Unde hic servitutis debet accipi abstractive ut si liceret dicere servitatem a servo sicut filiationis a filio vel filietatem

Et accipitur hic pro servitute peccati: Ut Ioh. 8. omnis qui facit peccatum servus est. a qua servitute lex non poterat liberare. Quia solum cogebat per timorem comminationum ad opera legis. ac sic non mortificavit facta carnis. Sed potius augebat. Quia augebat odium legis & amorem ac cupiditatem transgressionis.

Et dicitur duplici(ter) spiritus iste timoris. Primo quia (Ut dictum est) cogebat servientes ad opera legis: terrore & minationibus poenarum ac suppliciorum. Cum non sit enim odiri quem timetur quo magis corde recedebant a praecepto & voluntate legis quo magis manu & opere cogebantur appropinquare. Ut figuratum est Exo. 20. Ubi steterunt procul & parabant accedere ad montem. Cum itaque cor & melior pars hominis recedit a deo & aversatur legem. Nihil est quod reliqua pars i. corpus in operibus & ceremoniis adhuc exercetur. Sic deus ait ad hypocritas. Hic populus me labiis honorat. Cor autem eorum longe est a me. Secundo quia timor iste servilis ~~tamen~~ et adhuc cogit recedere ab operibus legis. ipse tentationis: Quia hic timor vocatur. Timor mundanus potius servilis. Quia est respectu non legis implendae sed peccati committendi vel mali ... & peior quam servilis timor. De servili sane dicit Ioh. 1 Ioh. 4. Timor non est in charitate. Sed perfecta charitas foras mittit timorem.

Advertendum quod ... sint verba Apostoli. quia nullus vel rarissimus sine isto timore est. quia nullus sine concupiscentia & carne sua vere homo. Ubi autem est concupiscentia adest timor ... eius ... concupiscentiae. Ita nullus perfecta charitate plenus est. Nam Omnis qui facit peccatum: servus est peccati: facile videtur sententia. Quam sufficit multum ... sed retrospectata ... omnibus ... Quia omnis est servus peccati. quia omnis facit peccatum. si non opere: tamen genere & pronitate. ut supra satis dictum est

Spiritus timoris secundum b. Aug. hoc loco. Est ille quem potestatem habet mortis (i. diabolus) quem accipiunt: qui praecepta legis data implere non possunt. dum serviunt desideriis carnalibus. Aliter autem & melius est. ipse

prudentia carnis || motus ~~...~~: horrentis legem: qui oritur posita & cognita lege. quiescens ante legem cognitam. Ut figuratum est Exo. 4. Ubi Moses serpentem virgam & in colubrum versam horret atque fugit. Sic ubi ignaro legis & contra legem agere solito: lex notificatur. mox tristis efficitur & tediosus in legem dolens praeteritam libertatem sibi sublatam. Et hic est spiritus timoris

Et dicit Iterum in timore: q. d. prius eratis in spiritu timoris & sub pedagogo pellente sub lege. Non quod demum liberati iterum eum accepistis. Sed potius spiritum filiationis in futurum: quem sequentibus exprimit verbis ... Sed

Ro. 8. Clamamus Abba: Nam in spiritu timoris non est clamare. sed mussitare et muttire: Sed fiducia dilatat cor frontem et vocem. Timor vero hec omnia contrahit et stringit ut experientia satis testatur. Nec dicit Abba: sed potius odit et fugit vel hostem et tyrannum mussitat. Hii enim qui sunt in spiritu timoris et non in spiritu adoptionis: non gustant quam suavis est dominus: sed durus et difficilis eis apparet. et in corde saltem tyrannum eum vocant. licet ore patrem dicant. Luc. 19. Sicut ille servus in Euangelio. qui abscondita pecunia domini sui dixit. Sciebam quia homo durus es. metis ubi non seminasti etc. Tales sunt. quibus displicet quod dominus nullius merita suscipit sed gratis misereatur. Ideo dicunt praepositi mutuo non dedisti gratis. sed tu stetisti. Tamen addere habeo et refero tibi: cum potius gaudere deberent quod spem nostram non in nobis. sed in solo deo misericordia sua posuerit. Omnes tales egentes. certe in corde dicunt. Tyrannice agit deus. Non est pater sed adversarius: quod et verum est. sed resistit illi quod adversario hunc constituendo est. Et sic sunt inimici et patris. et alios nunc. Non enim ipsi voluntatem ... et ... ut nos amici eius simus et filii. Ergo oportet non timere eum nec omne quod ipse vult et amat. Quod fieri non potest nisi spiritum ipsius habeamus. ut eodem spiritu ea diligamus quae diligit et oderimus quae odit: quia et ipse. Nec enim ea diligere possumus quae deus diligit: nisi habeamus amorem et voluntatem et spiritum ipsius. Quia si debet esse conformitas in diligendo. oportet et conformitas esse in affectu dilectionis. Et ideo vocantur deiformes homines et filii dei qui spiritu dei aguntur.

Horum duorum differentia significata est in iis. a quibus christus gustavit acetum seu vinum felle et myrrha mixtum in passione. Et in iis a quibus accepit partem piscis assi et favum mellis post resurrectionem. Nam in illis significatur quod deus est eis felle et myrrha amarior. Ideo dant ei quod habent. id est amarum et triste cor ac acetosum id est desperatum quod ubi gustat non bibit deus. In istis autem quod est eis deus suavis et mel: ideo et ipsi hanc mellitam cordis letitiam ei afferunt. quod dominus comedit coram eis totum. De illis dicit Iere. 15. Omnes maledicunt mihi dicit deus. Et Isa. 8. Et maledicet regi suo et deo suo. An non est hoc maledicere. in corde cogitare deum adversarium tamquam. contrarium sentire et velle et totis viribus si posset contrarium statuere. Imo deum et voluntatem eius perire et mutari in voluntatem suam id est in nihilum. Hec enim est summa maledictio optare alium annihilatum. quia omnes damnati et prudentes carnis optant deo.

Quod autem iste clamor non sit vocis sed cordis. patet per illud Gal. 4. Quoniam autem estis filii, misit deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem Abba pater. Itaque iam non est servus sed filius. Quod si filius. et heres per deum. Quare ... et sonant et dicunt. quod textus hoc loco. ut sequitur post

Ipse enim spiritus testimonium

Hoc testimonium est, ut dixi, ipsa fiducia cordis in Deum: quod clarissime pro ostendit B. Bernardus plenius eodem spiritu ser. de annunciatione 1. dicens: Hoc testimonium in tribus consistere puto. Necesse est enim primo omnium credere, quod remissionem peccatorum habere non possis nisi per indulgentiam Dei. Deinde quod nihil prorsus habere queas boni operis, nisi hoc dederit et ipse. Postremo quod eternam vitam nullis potes operibus promereri, nisi gratis detur et illa. Verum hec non omnino sufficiunt, sed magis initium quoddam et velut fundamentum fidei habenda sunt. Ideo si credis peccata tua non deleri nisi ab eo: benefacis. Sed adde adhuc: ut et hoc credas, quod per ipsum peccata tibi donantur. Hoc est testimonium, quod perhibet in corde nostro spiritus sanctus dicens: Dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apostolus hominem iustificari per fidem (castigetur de et spe. et non tantum de electis credi [illegible] et Christus pro peccatis tuis mortuus sit et satisfecit.) Item de meritis: quod si credis non posse haberi nisi per ipsum, non sufficit, donec testimonium perhibeat spiritus veritatis, quod habes ea per ipsum. Sed hoc, quod opera que facis: quod ea Deo sunt accepta et grata: quamquam sunt illa tamen. Confiteris autem ea esse grata, quia scis quod ea opera nihil est coram Deo licet bona sint et in obedientia facta. Quia non sunt grata, quia scis ea quod sunt mala. Et ipse humiliter et compunctio in bonis operibus facit ea esse grata. Sic et de vita eterna: non satis est credere: quod ipse eam gratis donet, sed testimonium spiritus habeas necesse est, quod ad eam Deo munere sis perventurus.

Hec tria clare in Apostolo patent in textu. Quia dicit: Quis accusabit adversus electos Dei? quod certi simus, quod peccata nulla nos accusabunt. Item de meritis: Omnia pro diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Item de gloria eterna: Certus sum, quod neque instantia neque futura etc. poterit nos separare a charitate Dei, que est in Christo.

non quod possis tu [illegible] sanat te hoc ore dicere

Nam Expectatio Creature

Aliter Apostolus de rebus philosophatur et sapit quam philosophi et metaphysici. Quia philosophi oculum ita in presentiam rerum immergunt, ut solum quidditates et qualitates earum speculentur, Apostolus autem oculos nostros revocat ab intuitu rerum presentium, ab essentia et accidentibus earum, et dirigit in eas, secundum quod future sunt. Non enim dicit essentia vel operatio creature: sive actio et passio et motus. Sed novo et miro vocabulo et theologico dicit: expectatio creature. Ut eo ipso, cum audit animus creaturam expectare, non ipsam creaturam amplius, sed quid creatura expectet, intendat et querat. Sed heu quam profunde et noxie heremus in predicamentis et quidditatibus: quam stultis opinionibus in metaphysica involvimur? Quando sapiemus et videbimus: quod tam preciosum tempus: tam vanis studiis perdimus et meliora negligimus? Semper agimus, ut sit verum in nobis, quod Seneca ait: Necessaria ignoramus, quia superflua didicimus. Immo salutaria ignoramus: quia damnabilia didicimus.

Ego sane credo me debere Domino hoc obsequium latrandi contra philosophiam: et suadendi ad sacram Scripturam. Nam alius forte si faceret: qui ea non vidisset. Vel timeret. Vel non crederetur ei. Ego autem in illis detritus multis iam annis. et multos iam expertus et audiens. Video quod sit studium vanitatis et perditionis. Ideo omnes vos moneo quantum possum. Ut ea studia cito faciatis: et id solum quaeratis: non ut ea statuatis et defendatis: sed potius sicut artes malas discimus ut destruamus: et errores ut cognoscamus: ita et hec ut reprobemus. Aut

saltem ut modum loquendi apostoli: cum quibus conversari necesse est: arripiamus. Tempus est enim ut aliis studiis mancipemur: & Ihesum Christum discamus & hunc crucifixum

Igitur optimi philosophi: optimi rerum speculatores fueritis. Si ex Apostolo didiceritis Creaturam intueri expectantem: gementem: parturientem: i. fastidientem id quod est: & appetentem id quod futura est nondum. Tunc enim cito vilescet: scientia quidditatum rerum & accidentium ac differentiarum. Unde philosophorum stultitia similis est ei: Qui cum edificatori assistens miratur lignorum & asserum: sectiones. dolationes & preparationes: Ideo stulte contentus quiescit. nihil curans quid edificator tandem ex omnibus operibus suis facere disponat. Vanus iste est & vanitati servit opus sine opere. Sic & Creatura Dei: que parata est ad futuram gloriam: ab insipientibus solum aspicitur in apparatu suo: & nunquam in fine. Nonne ergo insipienter delyremus. Qui philosophie Laudes & studia meditamur? Ecce nos magni de essentiis & operationibus & passionibus rerum facimus estimationem. & res ipse essentias suas & operationes & passiones fastidiunt & gemunt: Nos de scientia illius gaudemus & gloriamur: quod de seipso tristatur & sibi ipsi displicet. An non fieret qui flentem & lamentantem videns ridet & videre se gloriatur se videre velut ridendum & ridentem? phreneticus utique ac Maniacus hic merito vocatur. Et quod si videns propter hoc non stulte aliquid esse estimaret. et nesciret rerum suspiria intelligere. tolerabile esset. Nunc vero sapientes & theologi eadem prudentia carnis infecti: in rebus tristantibus stupent hierunt. et de suspirantibus: ridentes congerunt cognitiones. Mira potentia

Igitur recte Coloss. 2 Apostolus contra philosophiam loquitur dicens. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum. Sane si aliquam Apostolus utilem & bonam voluisset intelligi philosophiam: non utique absolute eam damnasset. Concludamus itaque. & Qui Creaturarum essentias & operationes potius scrutatur. quam suspiria & expectationes earum sine dubio stultus & cecus est. Nesciens etiam Creaturas esse creaturas. patet satis ex textu.

Vanitati enim subiecta est

Creature nomine hoc loco: plurimi intelligunt hominem: quod sit esse in omni creatura participat. Ad propositum melius per vanitatem intelligitur homo. quemadmodum & proprie & verissime dicit ps. 38. Verumtamen universa vanitas: omnis homo vivens. Verissimum enim est quod si homo vetus non esset. nulla vanitas esset. Nam omnia que fecit Deus erant valde bona & sunt usque modo bona. ut Apostolus 1. Timot. 4. omnis Creatura Dei bona est. Et Tit. 1. Omnia munda mundis. fit ergo sine suo vitio & extrinsece vana: mala: noxia etc. Sic scilicet quod opinione & erronea estimatione sui amore & fruitione perversa: ab homine reputantur altius quam est in veritate: dum homo qui Dei capax est & solo deo saturari potest presumit in rebus hanc quietem & sufficientiam habere: Huic ergo vanitati subiecta est creatura. i. perverse fruitioni. quod sic fruimur ea quasi res bona & non vana est: [illegible]

quod ad nihil voluptatis

bonum verum & vtile. Sed bonum ad alium, i. vanum & inutile. Et si in alium homines fruerentur, altius & dignius haberetur quam in sua natura. Sic fruuntur omnes qui deum non purissime diligunt & serviliter fruuntur. Qui sunt omnes homo qui ex Adam natus est & suo spiritu vivit. Ideo ps. 13. de filiis dicit Simul inutiles i. vani facti sunt. Et per consequens omnis creatura hoc sensu fit vanitas. Vnde Eccl. 1. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Quid amplius habet homo (scilicet quam vanitatis) de universo labore suo quo laborat sub sole. Sequitur dicit quod homo hic habet amplius quam vanitatem: quia res in se sunt bonae. Et qui deum cognoscunt: ipsi eas res non vane sed vere cognoscunt. [illegible] Unde Tit. 2. Omnia munda mundis. Immundis vero nihil est mundum. Eadem sunt munda & immunda propter differentiam eorum quibus sunt.

Ipsa creatura liberabitur

1 Quod dicit primum quod creatura liberabitur scilicet a vanitate: quia corpori damnati fuerint & sublati vel vetus homo abolitus. Quae liberatio fit nunc quando mystice.
2 Secundum quod amplius eam non solum non vana sed incorruptibilis futura est. Vnde Isa. 30. Et erit lux lunae sicut lux solis. & lux solis erit septemplicis sicut lux septem dierum. Hic multi dicunt quod sol in primis septem diebus in quibus mundus creatus est fuerit multo clarior quam nunc sit. Sed nunc post hominis obscuratus qui in septimo die peccavit vel in sexto. Et in futuro erit talis septuplum clarior quam nunc fuerit. Quae sententia licet aliquo sensu posset intellecta sustineri: tamen ex scriptura non probatur. Nec illa sine auctoritate cogit. Quia expositio potest intelligi quod lux solis erit septemplicis i. sicut lux septem dierum i. ac si septem dierum claritas esset una claritas i. omnium dierum claritas simul.

Spes quae videtur non est spes

|| materie. Ista locutio || licet sit figurativa || theologice ||: tamen est propriissima & propter expressionem intensissimi affectus posita. Quia spes quae fit ex amatae rei desiderio: sicut amoris fit dilatio auget. Ideo fit ut ex re sperata & sperante per intensam spem velut unum fiat. Sicut illud B. Augustini Anima plus est ubi amat quam ubi animat. Sic & vulgo dicitur: Was mag arder. Et poeta: Meus ignis amyntas. Et Aristot. 3. de anima dicit. Quod ex intellectu & intelligibili ex sensu & sensibili fit unum: & aliud ex potentia & obiecto suo. Sic amor transfert amantem in amatum: Ergo spes transfert in speratum. Sed speratum non apparet & ideo transfert in incognitum in absconditum: in tenebras interiores. Ut nesciat quid speret. & tamen sciat quid non speret. Sic ergo anima facta est spes & speratum sit. quae in eo versatur quod non videt i. in spe. Quia spes si videretur i. si sperans & speratum sese mutuo cognoscerent. iam non fit transferretur in speratum i. in spem & ignoratum. Sed in visum raperetur & cognitum teneretur.

Coro
~~Sicut~~ Non est malum signum sed optimum: Si petitionibus nostris contraria videntur evenire
Sic et non est bonum signum si petitionibus nostris ad votum omnia eveniunt
Ratio est et in causa est: Excellentia consilii et voluntatis dei supra consilium
et voluntatem nostram, sicut dicit Isaie 55: Non enim cogitationes meae cogitationes vestrae
~~dicit dominus~~ neque viae vestrae viae meae dicit dominus. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic
exaltate sunt viae meae a viis vestris. et cogitationes meae a cogitationibus vestris etc. Et
ps 93: deus scit cogitationes hominum quoniam vanae sunt. Et ps 32: dominus dissipat consilia
gentium et reprobat cogitationes populorum: et reprobat consilia principum
Inde enim fit ut cum petimus deum quaecumque illa tandem sint, Et ipse exaudiens incipit
ea velle donare: sic donat ut contrariat omnibus nostris conceptibus i. cogitationibus
ita ut appareat nobis post petitionem magis offensum esse: et minus fieri ea quam petimus
quam antea. ~~Hic ergo~~ Quod totum ideo facit: Quia Natura dei est prius destruere [illegible]
et annihilare quicquid in nobis est antequam sua donet: sicut scriptum est: dominus pauperem facit
et ditat. deducit ad inferos et reducit. Eo enim consilio suo piissimo facit
nos capaces donorum suorum et operum suorum. Capaces autem tunc sumus operum et consiliorum eius
Quando nostra consilia cessant et opera quiescunt et efficimur pure passivi respectu
dei tam quoad interiores quam exteriores actiones. Hoc est quod ait: Cogitationes meae non
cogitationes vestrae. Neque viae meae viae vestrae. Hic ergo cum omnia in despe-
rata sunt et contra vota precum nostrarum omnia incipiunt fieri, tunc incipiunt gemitus illi
inenarrabiles. Hic spiritus adiuvat infirmitatem nostram. Quia sine spiritu adiuvante impossibile
foret nos sustinere hanc operationem dei: qua nos exaudit et facit quod petimus
Hic dicitur animae: Viriliter age: expecta: confortetur cor tuum et sustine dominum
Et iterum: Subditus esto domino et ora eum, et ipse faciet: Hic fit quod
Isa. 28: Alienum est opus eius ab eo: ut operetur opus suum. Et ps. 102:
secundum altitudinem celi a terra (i. non secundum nostras cogitationes) corroboravit misericordiam suam
super nos etc.
Qui ergo hunc dei et voluntatis gemitum
non habent, faciunt sicut illi de quibus ps 105: Et non sustinuerunt consilium
eius: et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Hii enim pro sua mente
sibi confidentes praesumunt se omnia recte et digne quaerere et velle et petere.
Ideo cum non veniret sicut cogitaverunt: statim ruunt et deficiunt ac desperati
estimantes deum vel non audire vel nolle petita concedere: cum eo magis sperare
debuerant: quo plus contra suas intentiones viderint cuncta venire. [illegible]
[illegible] sunt et homo sic facit. Ipsi vero sic deus esse volunt: et cogitationes
suas non esse infra sed supra deum omnino conformes sed ac perfectas. quod tamen est
possibile [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible]: Lutum: quod natura sua aptum est ad
urceum vel quodlibet vas: sua praestante forma: simile sic formam sibi dedit
artis quam est in figulo!! Stulti at potius et superbi sunt [illegible] et ignorantes
deum et seipsos. Sic enim dicit Isaie 64: Et nunc domine pater noster es tu: nos vero

[illegible] (left margin note)

nos vero lutum: & fictor noster. & opa manuum tuarum omnes nos. Hii ergo qui
spiritum non habent. fugiunt & nolunt opus dei fieri. & se ipsos formare. Qui autem habet
admirantur eo. Ideo non desperant si offendunt: cum non statim contrarium eius fieri quod
tam sperare oraverunt. Necesse est enim opus dei abscondi & non intelligi
tunc quando fit. Non autem absconditur aliter: quam sub contraria specie nostri conceptus seu
cogitationis. Unde dixit Gabriel ad Virg. Spiritus sanctus superveniet in te. i.e. super
quam tu cogitas veniet: & virtus altissimi obumbrabit tibi id est non intelliges. Ideo
tu quaeris quo modo fiat. Sic enim egit in opere suo proprio. quod est primum
& exemplar omnium operum suorum. i. in Christo: Quem tunc quando voluit glorificare & in
regnum statuere: sic omnibus discipulis pessima cogitatio ferventer optabant & expectabant
maxime contrarium: fecit mori: confundi & ad inferos descendere. Ita &
Beatum Aug. tanto confundens fecit & punivit contra voluntatem ~~eius~~ ~~suam~~ matris
suis errare. Ut daret ei super voluntatem suam. Ita enim debet Christi fieri
Hoc est quod ps. 15. Sanctis qui sunt in terra eius. mirificavit omnes volunta
tes meas in eis. Et .4. Scitote quoniam mirificavit dominus sanctum suum. dominus
exaudiet me cum clamavero ad eum. Et ps. 110. Magna opera domini exqui
sita in omnes voluntates eius. Quod enim fit mirabilior est. quam in petenti
castitatem: immittit maiorem tentationem luxuriae. Cum petenti virtutem immittit ma
iorem infirmitatem. & tu si sustinueris. efficit plus quam petitio fert. Hoc
quod Ephe. 3. dicit Ei autem qui potens est omnia facere superhabundanter quam petimus
aut intelligimus &c. Et 2 Cor. 9. potens est autem deus omnem gratiam abundare
facere in vobis. Sic ... dedit ... passim scholasticis
Carol.

<u>Semper ita fit: ut opus nostrum intelligamus antequam fiat</u>
<u>Dei autem opus non intelligitur donec factum fuerit</u> Jere 23. In Novissimis intel

Joh. 14 Cum factum fuerit credatis
ligetis consilium eius: q.d. In principio scimus primo nostrum intelligitur & in ultimo
dei consilium intelligimus. Quod ut dixi Sic artifex fertur super materiam
aptam & aptam ad opus artis suae formandi. Quae aptitudo materiae est quaedam
insensata oratio pro forma: quam artifex intelligens & exaudiens. sic facere dis
ponit quod illa aptitudine sua quaerit. Sic deus fertur super nostrum affectum &
cogitationem. videns quod petat. aut quid sit aptum. & quod desyderet. tunc exaudiens
incipit artis & consilii sui formam imprimere. Ubi nostra petit forma & idea
cogitationis nostrae. Sic Gen. 1. Spiritus domini ferebatur super aquas. Et tenebre
erant super faciem abyssi. Nota super faciem abyssi dicit non super abyssum: quia
item speciem apparet nobis adversum: qui spiritus super nos fertur ferebatur. quod petimus
Taulerus
De ista potentia dei & sustinentia Lege Taulerum: qui prae ceteris hanc ma
teriam clare ad lucem dedit in lingua teutonica. Sic sic misterium sic operis
orare. Ideo magis est spiritus nobis: qui adiuvat infirmitatem nostram. Quis enim
crederet haec verba esse tam profunda.

Sic christus discipulis Ioh 14 Rogabo patrem & alium paraclitum dabit vobis et paraclitus autem Consolator & advocatus dicitur. Quo uno verbo satis affirmatur id quod hic Apostolus dicit. Nescimus quid oporteat orare. Quia Advocatum querit, sicut logum & petere sicut oportet nescire ostenditur. & quia consolatore opus habet, certe sicut desperamus & tristitia ostenditur. Sic autem fit. Quia deus nos petentes exaudit. quia cum non nisi bona & salutaria petimus. & contraria fiunt: necesse est nos tristari & affligi. quia desperata sunt & damnata omnia. Ideo alio interpellatore tunc opus est. qui hec intelligat. & pro nobis oret. & nos interim sustineat. ne desperemus

Corol

Ad primam gratiam sicut & ad gloriam. semper nos habemus passive: sicut mulier ad conceptum. quia & nos sumus sponsa christi. Ideo licet ante gratiam nos oremus & petimus. tamen cum gratia venit. & anima impregnanda est spiritu: oportet quod neque oret nisi operetur. sed solum patiatur. Quod certe durum est fieri & vehementer affligit: quia animam sine actu intelligendi & volendi esse est ire in tenebras ac velut in perditionem & annihilationem, quod vehementer ipsa refugit. Ideo saepius nobilissimis sese privat donis.

Primam gratiam eam voco. Non quae in principio conversionis infunditur sicut in baptismo: contritione: compunctione. Sed omnem aliam sequentem & novam. Quam nos gradum & augmentum gratiae dicimus. Dona gratiae dat primo operantem: quia sinit agi & cooperari: nisi tunc aliam incipit infundere. quia infusa iterum sinit ea esse cooperantem. quia licet in prima sit infusio. sed sunt operans & prima: hec respectu priores. sic secunda. prima enim dicitur semper respectu sequentis quae operans est primo deinde cooperans secundo. Ideo per Psalmum sic parabolice dicitur: obviam deo nescivit salutare. Nec oblata dona suscipere. Prudentes autem suscipiunt in patientia & gaudeo prudentia enim hec summa opus est. ut non spem ea sapiat: quae apparent (ut desperabimus) sed spem futura & incognita ac non apparentia. Quare signanter Apostolus hoc loco ubi nos habemus. Scit quid desideret spiritus. Grecus sic. Scit. quae prudentia spiritus. Prudentia enim. prudentia est non prudentia spiritus vita & pax. Id est contra carnalis & hec pericula

Et Notandum quod Apostolus hoc verbo: nescimus quid petamus. Non vult dicere quod contraria vel noxia petamus spiritualibus & bonis operibus: sed quod nimis parva & humilia seu inferiora petunt quam deus dare vult. Ideo dicit infirmitatem nostram. Et non impotentiam nostram. quia infirmam spem & impotentiam ad tam grandia petenda. Ideo deus exaudiens & volens dare petita. destruit illam infirmam cogitationem & nimis adhuc humilem. & dat id quod spiritus postulat pro nobis. Sicut si quis Spiritus principis pro literas oraret nummum: sed autem disponeret dare mille aureos. Ledat literas principi ac frangit: quia intelligens filius tristis efficitur: ac quia petebat: nummum sibi non venire, ut petierat

Ideo dominus dixit ad filios Zebedei Matth. 20. Nescitis quid petatis. cum tamen bona peterent: Sed sequitur: potestis bibere calicem: quem ego bibiturus sum? q.d. primo non ita fiet. sicut petistis: calicem non petistis. et tamen bibetis illum. Et inferiora petitis: quam debetis: ideo ista infirmitas crucifigetur in vobis per calicem passionis: et robusti fiatis.

Et Joh. 16. Usque modo non petistis in nomine meo quicquam: petite et accipietis: ut gaudium vestrum plenum sit. Quomodo hoc verum cum omnes docuerit eos orare Pater noster? Sed petierunt in nomine suo: non in nomine Christi. Quia inferiora quam Christus dat. Non in spiritu sancto sed spiritum carnem. ideo sequitur: In illo die petetis in nomine meo. Qui in nomine Christi petit. Qui est in passionibus petit.

Conclusio

Non nolimus plorare: nos nescire quid oremus. Quia praeter hoc oblatum bonum dei non sic oportet accipiamus: Sed propter infirmitatem pavemus et fugere volumus. nisi spiritus pro nobis oraret. Ita hac infirmitate nos adiuvaret. Qui enim petita non accipit oblata sic oportet. Certe communiter nesciunt quid petunt. Diceretur enim merito ei: Stulte quid ergo petisti si non vis accipere? Oporteret ergo cum maiori gaudio terrorem dei donati accipere: quam desiderio bonum eius petimus.

Sed nomine et passim fecit. Magna et mira est dei potentia. sapientia. bonitas. iustitia: misericordia. Et non intelligimus? Quia metaphysice intelligimus i.e. sicut nos eas comprehendimus. scilicet apertas et non absconditas. Cum suam potentiam non nisi sub infirmitate. sapientiam sub stultitia: bonitatem sub austeritate. iustitiam sub peccatis. misericordiam sub ira absconderet. Inde non intelligunt dei potentiam: qui vident infirmitatem etc. Sic ps. 80 Exaudivi te in abscondito tempestatis. Ecce in abscondito. quid est quod tempestas est. abscondit dulcedinem suam. i.e. quod nos exaudit in contraria operatione nostris cogitationibus. Nos petimus salutem et ipse ut salvet incipit inferre damnationem. et sub tali tempestate abscondit suam exauditionem. Et figuratum est Exo. 3. Cum incepit populum velle liberare: fortius induravit Pharaonem contra illum. ut minus liberare velle videretur. Et ps. Quam magna multitudo dulcedinis tuae i.e. bonitatis tuae. quam abscondisti timentibus te: non in conspectu posuisti: perfecisti eis qui sperant in te in conspectu filiorum hominum etc.

Scimus quoniam diligentibus deum: iis qui secundum propositum v[ocati sunt] 100

Ex isto textu pendet omnis textus qui sequitur ad finem capitis. Vult enim ostendere quod electis qui diliguntur a deo et diligunt deum, omnia cooperantur spiritu in bonum, etiam si omnia sint mala. Et apprehendit hinc occasionem ab hinc de materia predestinationis et electionis disserere, que non tam est abstrusa, ut putatur. Sed potius dulcissima electis et iis qui spiritum habent, amara vero et dura prudentie carnis super omnia.

Nulla enim alia ratio et causa est, Quare tot adversitates, tot mala non separant sanctos a charitate dei, nisi quia ii vocati sunt, Immo secundum propositum vocati: ideo illis solis cooperantur omnia in bonum. Quia si propositum dei non esset, et in nostro arbitrio et nostris operibus staret salus, contingenter staret. Quam contingenter enim facile non dico omnia illa mala sunt, sed unum illorum impediret, ac perverteret. Nunc autem cum dicit: Quis accusabit? Quis condemnabit? Quis separabit? ostendit quod non contingenter, sed necessario salvantur electi. Ubi non tantum contingentia sed exquisita contraria repugnantia tot malorum ostenduntur non impedire. Immo et ideo sic salvat. Et tot rapacibus manibus suos electos obiicit, que hic numerantur mala, quia omnia rapere nituntur electos, deum in damnationem, ne salventur, ut ostendat, quod non meritis nostris, Sed electione mera et immutabili voluntate sua tot rapacibus atrocissimis adversariis frustra nitentibus salvat. Quod si non per tot monstra duceret, Iam multum relinqueret opinionis de meritis nostris. Sed nunc ostendit, quod immutabili dilectione sua salvamur. At non arbitrium nostrum, Sed inflexibilis et firma sue predestinationis voluntas, per hoc omnia probat. Quis enim esset possibile, ut homo hec omnia perrumperet, in quibus millies desperaret, nisi eterna et fixa charitas dei eum per illa duceret, Et spiritus sanctus infirmitates nostras adiuvaret et interpellaret gemitibus inenarrabilibus? Homo enim in iis nescit quid faciat vel oret. Oraret quidem ut non in illa veniret. Et hoc est stultum, quia contra salutem suam. Ideo nescimus quid oremus scilicet in infirmitatibus et passionibus illis.

Ubi ergo nunc est iustitia nostra? Ubi sunt opera bona? Ubi sunt libertas arbitrii, contingentia rerum? Nempe sic deus predicandus est: hoc est recte predicare. Hoc est prudentiam carnis iugulare. Supra quidem amputavit Apostolus brachia eius et pedes et linguam. Hic autem iugulat penitus et occidit eam. Quia nunc videt quod in se nihil est. Sed totum in deo totum suum bonum. Sancti nostri theologi velut arguti, nescio quid magnum sibi effecisse videntur, quando sententiam contingentis adduxerunt. Dicentes electos salvari necessario necessitate scilicet consequentie, Sed non consequentis. Hec tamen vana verba sunt. Presertim cum hanc consequentis contingentiam velint intelligi aut saltem confusa intelligentia doceant, quod libero arbitrio fiat vel non fiat salus. Sic enim ego aliquando intellexi. Istud enim contingens consequentis impertinens est ad propositum. Et nihil dicitur, an illud consequens sit contingens. Quia sic nullum esse possit, nisi solus deus sit aeternus. Ideo est ridicula additio. At si dicas: Electi salvantur necessario necessitate consequentie, Sed non necessitate consequentis, i.e. consequens non est deus. Vel quod non est deus, ideo salvatur non necessario consequentis. Quod enim est aliud est contingens, quam est creatura et non deum

hic torquet ingenia de necessitate eventuum, an necessitas constituta rei: Quae quaestio
hic non habet locum: Quae multos hactenus vexavit: an res creata sit contingens necessario
sive immutabilis: et non deus sit immutabilis. Sed quaeritur de necessitate consequentiae. An fiat
necesse quod deus praedestinavit et praescivit quod sit. Et hic addunt hanc additionem sophisticam
post totam responsionem dederunt. Si enim scis quod necessitate consequentiae omne fiet. Quid
refert ulterius scire an sit contingens vel non. pro hoc loco   Et est sicut
si dicas. Utrum si filius necesse patrem praecedat. necesse sit eum fieri: hic ut videas
fiat necessitate consequentiae. Sed filius non est pater. Vel quod non habet filium. Quaerunt
ergo quidam hic quaerunt: An contingentia impediat necessitatem consequentiae. Et praesupponunt sic scire contingentiam
et hic per petitionem principii docet quod sint contingentes. Et non impediunt
Recte ut videas. Sed sophistice docet ac concludunt. Aut saltem hoc quaerunt si sunt
rudiores. An certa praedestinatio dei impediat contingentiam eventuum   Et
respondetur. Quod nulla est contingentia apud deum simpliciter. Sed hic coram nobis
Nec folium arboris non cadit in terram sine voluntate patris.   Sicut ergo
essentiae rerum. ita et tempora sunt in manu eius   Male ergo ignorant
necessitatem ipsam vel ad subvertendum vel respuendum ponentes. sed de sola respectu nostri tempore
contingentia quaeritur. Et subverti ac [illegible].

Tria circa hanc materiam faciemus

Primo probationes immutabilis praedestinationis ex scripturae verbis et dei operibus colligemus
Secundo Obiectiones et exceptiones eorum qui in deum culpam transferunt et argumenta eorum
(et motiva) solvemus   Tertio Consolationes eorum qui ex iis terrentur. et hanc materiam
deliberationes ad spem inducendam malemus

Primum Apostolus in hoc et sequenti capitulo vehementer agit. pene per singula
verba, incipiens: ut dixi: ibi. Scimus quod diligentibus deum etc.

Igitur primo dicit. Qui secundum propositum vocati sunt: ergo manifeste sequitur quod
alii non secundum propositum vocati sunt. Propositum enim hic dei praedestinatio sive
libera electio et deliberatio sive consilium dicitur. De quo per Aug. li. 1 confess.
Mirabilis tu deus qui mutas sententiam et non mutas consilium

Secundo. c. sequenti ex duabus historiis scilicet Isaac et Ismael. et Iacob et Esau
Quos non nisi electio discrevit ut expresse dicit

Tertio ibidem duabus authoritatibus ad idem. Prima per electionem. Miserebor cui
voluero. Altera per reprobos. Quia in hoc ipsum excitavi te etc. Et sequitur. Ergo
cui vult indurat. Et cuius vult miseretur. Item et 10 et 11. ut satis clare patet

Quarto ex iis quae adducta sunt Ioh. x. oves meas nemo rapiet de manu
patris mei

Quinto Ioh. 13. Non de omnibus vobis dico: Ego scio quos elegerim. Et 6.
Nemo venit ad me nisi pater meus qui misit me traxerit eum. Et ibidem
Erunt omnes docibiles dei

Sexto ps. 113 omnia quaecumque voluit fecit   Et 2 Timot. 2. fundamentum dei
firmum stat. habens signaculum hoc. Novit dominus qui sunt eius.

deum in operibus. primo ut hic in .c. scilicet de Ismael et Esau et pharaone
in egypto.
Secundo. Ex eo quod deus suos electos tot malis que omnia sicut uult rapacissime
manus obiicit et tamen non amittit. In quo sicut ostendit suam firmitatem electam. ut posset
sit a nulla creatura impediri: cum tamen omnem creaturam contra eam indurat. ut ostenditur
de pharaone indurato.
Tercio et hoc ostendit electio quia multos a principio bene currere permittit
et multa bona facere: non tamen saluantur. Econtra multos multa mala facere. Et
tamen subito mutati saluantur. Exemplum in Saule et Manasse. Sicut in
Iuda proditore et Latrone in cruce. Et etiam in multis meretricibus et viris
defectis peccatoribus. Ubi contra doctores. periculose in operibus resperit. Sicut etiam
de .40. martyribus respondit.

De secundo

Sunt multa motiua contra hec. Sed ex prudentia carnis prodeuntia. ideo quam
si non abnegauerit. Et sunt quos dedicat in voluntatem dei esse demergendam et
submittendam se gerit. Quare deus hec uult et facit. Et multi murmurant. Et
mirantur. Quod stulta sit super deum statuunt ac de eius voluntate qui insuper
iudicant: Cum ipsa sit iudicanda ab eo. Ideo Apostolus. Uno tamen verbo omnia
motiua destruit. primo retrahens temeritatem nostram: in de dei voluntate
disceptantium iudicium. O Homo tu quis es. qui respondeas deo. Quasi dicat. sub dei
tu es voluntate. Quare ergo respondere et gloriari contra presumis? Deum
rationem reddere exposcis. An non habet potestatem figulus luti.
Igitur primum Motiuum et Leuissimum est. Quod Homini datum est liberum arbitrium:
quo mereatur uel demereatur. Respondeo. Liberum arbitrium extra gratiam constitutum. Nullam habet
prorsus facultatem ad iustitiam. Sed necessario est in peccato. Ideo recte beatus Augustinus
ipsum Appellat. Libro contra Iulianum. Seruum potius quam liberum arbitrium. Habita autem
gratia proprie factum est Liberum. saltem respectu salutis. Liberum quidem sit est.
naturale. Sed respectu eorum. que in potestate sua sunt et se inferiora. Sed non supra se.
cum sit captiuum in peccato. Et tunc non possit bonum eligere secundum deum.
Secundum. Deus vult omnes homines saluos fieri: Et pro nobis hominibus tradidit
filium suum. Et creauit hominem propter vitam eternam. Sicut omnia propter hominem. Ipsum autem
propter deum ut fruatur eo. Hec et alia istis similia sic et simul facilia sicut
que sic hec dicta intelliguntur de electis tantum. Ut ait Apostolus .2 Timotheum .2. Omnia propter
electos. Non enim absolute pro omnibus mortuus est christus. quia dicit. Hic est sanguis
qui effunditur pro vobis et pro multis. Non ait pro omnibus: in remissionem peccatorum

Tertio. Sine peccato nemo damnatur. Sed quia nemo sine peccato est, neque damnatur [illegible] et nemo omnino sit sine peccato et in damnatus, sed non [illegible] et iuste est in peccato. Et quod [illegible] [illegible] est et de electis. Sed quos indurat deus [illegible] quibus dat voluntatem velle in peccato esse et manere et diligere [illegible] talis [illegible] nemo sit in peccato [illegible] immutabiliter sed non [illegible].

Quartum. Quid ergo permittit fieri: quod non vult ab illis fieri. Et quod magis est indurat voluntatem, ut magis velint contra legem agere: Ergo causa est in Deo quod pereunt et damnantur. Hoc est fortissimum motivum et primi [illegible]. Et hunc [illegible] Apostolus principaliter [illegible]. Quia sic vult deus et sic volendo non est iniquus. Quia omnia sunt eius. Sicut lutum figuli. Propter quod ut [illegible] electis. Sed ut irritaret reprobos ut ostenderet iram et [illegible] suam.

Tunc dicit hic

prudentia carnis. Durum est et iniquum. Et deus gloriam suam quaerit in miseria mea. [illegible] vox carnis mea, mea, [illegible]. Tolle hoc mea. Et dic gloria tibi domine, et salvus eris. Sic enim carnis prudentia: sua quaerit [illegible] Et plus timet [illegible] suam quam ingloriam dei: Et plus [illegible] voluntatem suam quam dei. Aliter [illegible] de deo sapiendum est quam de homine. Quia nulli aliquid debet. Sic dicit ad Iob 41. Quis ante dedit mihi ut reddam ei. Quia omnia quae sub caelo sunt, mea sunt. Quod [illegible] Apostolus inducit in fine [illegible]. Quis prior dedit illi et retribuetur ei.

De Tertio

Licet ista materia sit asperrima prudentie carnis: que inde potius indignatur et ad blasphemias rapitur. Quia hic penitus [illegible] et prorsus in nihilum redigitur. [illegible] non in se, [illegible], sed solum extra se in deo eligente salutem suam consistere. Qui autem prudentiam spiritus habent, ineffabili iucunditate in ista materia delectantur [illegible] in Apostolo [illegible] [illegible] in Anima [illegible].

[illegible] hos autem medii sunt: Qui incipiunt declinare a prudentia carnis vel proficiunt ad prudentiam spiritus: Libenter voluntatem dei volunt facere: Sed pusillanimes sunt et timent sic audire. [illegible] Et si [illegible] non [illegible] adhuc sunt [illegible] ista verba [illegible] et [illegible] ibi [illegible] per [illegible] sunt eos [illegible] et consolatoria. Sic sed [illegible] sunt verba efficacia ad terrendum: humiliandum: et superbam [illegible] de meritis destruendum. [illegible] autem timent et [illegible] ad illa: optimum [illegible] signum [illegible]. Quia dicit scriptura. [illegible] requiescit spiritus meus nisi super humilem et trementem sermones meos. [illegible] dicit Christus. Nolite timere pusillus grex. placuit patri vestro dare vobis regnum. Et est 40. Dicite [illegible] eum [illegible] eos [illegible] pavores et desperationem [illegible]: [illegible]

pusillanimes: confortamini. Ecce deus vester. Et ideo beatus vir qui timet dominum
Et ubique in scripturis homines paventes ad verbum dei: consolantur & confortantur
desperare eum de seipsis: & verbum dei ~~non est sibi effectum~~ facit opus suum .i. priores dei in illis. Quia sic dicit psalmus
sunt ii qui ad verbum dei indurantur atque confidunt: pessimum signum habent psalmo 147 emitte
ita Qui trepidant ad ipsum & terrentur: optimum signum habent sagittas tuas
Igitur si quis nimis timet se non esse electum: vel temptatur de electione & conturbabis eos.
sua: cum tali timore gratias agat // & in fiducia gaudeat qui deus mentiri
gaudeat timore non potest qui dixit Sacrificium deo spiritus contribulatus .i. desperatus cor contritum
& humiliatum deus non despiciet. Et at sic contribulatus ipse stabit. Ergo
in veritate promittentis dei: audacter ruat se transferat: de presentia terrentis dei & salvus & electus
Certe non est reproborum hominum: saltem in vita: pavere ad iudicium erit
illud dei absconditum: sed electorum. Reprobi enim contemnunt & non advertunt.
Vel desperate presumunt: dicentes si sum damnatus damnabor.

Tres autem gradus signorum electorum

Primus eorum qui contenti sunt de tali voluntate dei: nisi murmurant contra deum. Verum confidunt se esse electos. & nollent se damnari.

Secundus melior eorum. Qui resignati sunt & contenti in affectu vel saltem desiderio hanc affectionem. si deus nollet eos salvare sed inter reprobos habere

Tertius optimus & extremus eorum. qui & in affectu seipsos resignant ad infernum pro dei voluntate. ut in hora mortis sic fortassis multi. Hii perfectissime mundantur a propria voluntate & prudentia carnis. Hii sunt quod dicit Canticum. fortis ut mors dilectio: Et dura sicut infernus emulatio. Mira comparatio. Quod Amor comparatur rebus asperrimis: cum sit res mollis & dulcis ut videtur: Sed verum est Amor complacentie est dulcis experientie amato. Amor autem captivus & modice dat electis suis deus. hoc mundo cum periculosissima res est homini frequenter & diu habere: recipere enim mercedem suam. Sed Amor desiderii: ille vere est sicut infernus durus & robustus & in hoc exercet suos electos deus in hac vita miris modis. Dicit sponsa in canticis. Amore langueo. Ideo sub nomine Amoris vel charitatis sed in respiri esse semper crux & passiones intelliguntur. Unde quibus non languescit respicere & dei desiderium negligit. nisi sitit ad deum fontem vivum. Est quod res dulcis sed non in recipiendo sicut passivum. sed active & in exhibendo hoc est ut vulgariter dicam. dulcis in obiectum & amara in subiectum. Quia omnia bona optat aliis & exhibet: omnia vero mala suscipit in se tamquam sua. Quia non querit que sua sunt. & omnia sustinet. omnia suffert

Capitulum Nonum

Tristitia Magna est mihi etc.

Ex hoc ergo textu satis patet quod charitas non est tantum in suavitate & delectatione. sed in maxima tristitia & amaritudine. Immo Gaudium & suavitas est in amaritudine & tristitia. Quia aliorum miserias & damna tanquam sua sibi estimat. Sic & Christus in ultima & maxima passione sua: maxime estuavit charitate: unde secundum b. Hilarium summo gaudio gavisus fuit. et summo dolore doluit. Sic enim mirabilis est deus in sanctis suis. Ut summe dolentes sit summe gaudere faciat.

Optabam enim ego ipse anathema.

Hoc Multi: nescio quid veriti: volunt intelligi de Apostolo ante conversionem: Quando extra Christum et contra Christum erat. Sed ista intelligentia nihil valet multis ex causis. Primo quod dicit. optabam. Tunc optare sibi non esset opus. quia tunc iam erat anathema. Secundo. Quia a Christo esse anathema optat. ergo nunc Christi esse intelligitur. similiter dicit. Tertio Anathema sive i. execratio. execratio. abscissio. quae non est contraria caritatis. [illegible] sustinens in Christo: quando dicit esse anathema optabam. Quarto pro fratribus meis. Quia tunc non pro eis sed contra eos erat anathema & execratus. Non tunc pro eorum salute. sed in eorum perditionem esse voluit. Et quid moramur. Si totus ordo textus indicat. quod legis eum pro salute eorum ex nimia fervore Zeli. Quia gerit eos Christum. quod tunc [illegible] non faciebat. Ideo enim & tam sancte dixerunt: quod incredibile videtur. Quod homo velit damnari: ut damnati salventur. Et sexto. Quia optat solum anathema esse a Christo: quod est minus. Sed ante conversionem potius optabat Christum & omnes suos anathema esse a toto mundo. & non ipse a Christo. Sed Christum a se & omnibus alienum fieri. Ergo tunc Christum esse voluit: Concordans cum Iudeis. Qui Christum anathema fieri sibi & sese [?] & suis [?] eiecerunt & occiderunt. Et vero elegerunt ut [illegible]. Unde & Christus vocatur Hermon. ps. 132. Sicut ros hermon qui descendit in montes Sion. Et Ecclesia sit cum eo. Hermoniim. ps. 41. memor ero tui de terra Iordanis & Hermoniim a monte modico. Hermon autem anathema dicitur proprie. Hermoniim anathemata. Anathema autem execratio & separatio: sic Leprosi & immundi separantur. Sic Christus [illegible]. Atque Synagogis faciunt nos quod erimus hermoniim & anathemata. i. abiectiones & execratos populos.

chro est damnatum p nobis

Igitur excellentissimum & omnium aptissimum charitatis verbum est hoc. optabam ego enim ipse anathema esse a christo pro fratribus meis. Quia optat christo ex summa in eum charitate magnum gloriae ex mictus. Et ut hanc habeat libens ipse vellet esse ab eo separatus sed non odisset eum. Est enim hec dilectio nostro fortissima & extrema. ubi pro summi boni (sic speri) signum summam ostendit dilectionem in alterum 103

bis & iudeos optat summam salutem. Et ut hanc haberent libens vellet sua salute carere. Sic enim fecit in alio loco 2 Cor. 12 dicens. Ego autem libentissime impendam & superimpendar pro animabus vestris. Non

Notandum autem quod hec verba sunt quae sibi contradicere videntur. Et deum amore concupiscentiae diligunt scilicet propter salutem & regnum eternum. aut propter fugam inferni horrent non propter deum sed propter seipsos: mira enim stulta volunt

sperantes. quod charitas ordinata incipiat a seipso. Et sibi ipsi quisque optare debet primo salutem. deinde sic sibi: ut & proximo: Hoc autem sapiunt. Quia nesciunt: quod sit beatum & salvum esse. Nisi se voluptari & bene habere sen pluralitatem suam. Cum sit hoc esse beatum. voluntatem dei & gloriam eius in omnibus velle. & suum nihil optare. Neque hic neque in futuro

Iis autem qui vere deum diligunt: amore filiali & amicitiae: qui non est ex natura sed spiritu sancto solum. Sed pulcherrima ista verba & perfectissimi exempli tradita sunt testimonia. Tales enim libere se offerunt in omnem voluntatem dei: etiam ad infernum & mortem eternaliter. si deus ita vellet tantum ut sua voluntas plene fiat. adeo nihil querunt quod sua sunt

Verumtamen sic seipsos ita pure conformant voluntati dei. Sic impossibile est in inferno maneat. Quia impossibile est ut extra deum maneat. qui in voluntate dei se penitus proiecit. Quia vult quod vult deus. ergo placet deo. Si placet ergo est dilectus. Si dilectus ergo salvus

Ad quartum. An deus hoc unquam voluerit aut velit. Ut homo se ad infernum resignet & ad damnationem sive ad anathema a christo pro voluntate eius tradat. Credo quod in plurimis: & praesertim in iis qui sunt in charitate seu amore dei puro: imperfecti. Nam illis amor concupiscentiae confunde universi nimis extirpandus est. Sed non extirpatur. Nisi supe superabundantem gratiae infusionem. Vel per hanc durissimam resignationem. Quia nihil inquinatum intrabit in regnum dei. Nec autem nos scit an deum pure diligat. Nisi experiatur in se. Quod etiam salvari non cupiat. Nec damnari renuat. Si deo placeret. Nam damnati ideo maxime sentire renuunt quia nolunt damnari neque resignant se ad hanc dei voluntatem: Neque sine gratia possunt

Quia si hec est pena purgatorii (ut mihi videtur) quod anime imperfecte charitatis horreant hanc resignationem, donec eam faciant et consentiant esse anathema a Deo. Mystice sancti faciunt. Qui differunt amorem Dei hic in vita perficere studio faciendo et expectando tamen eandem resignationem in futurum. Ubi hic non sic purgantur nisi fiat ad infernum resignatio.

Verum sanctis perfectis, quia abundant charitate, sine tamen magna tristitia fiunt hanc resignationem. Quia ex abundanti affectu in Deum omnia possibilia presumunt, etiam infernum sustinere. Et per hanc promptitudinem statim evadunt eiusmodi penam. Neque enim est timendum, quod damnentur, qui volunt et optant damnari propter Deum, sustinent. Damnantur potius qui fugiunt damnari.

Nam et Christus plus quam omnes sancti damnatus est et derelictus. Et non ut aliqui imaginantur facile sunt passus. Sed realiter et vere se in eternam damnationem obtulit Deo patri pro nobis. Et humana eius natura non aliter se habuit quam homo eternaliter damnandus ad infernum. Propter quam charitatem eius in Deum, Deus statim eum suscitavit a morte et inferno et sic momordit infernum. Ad exemplum eius sancti omnes imitari: alii minus alii magis. Sed quo perfectiores fuerunt in charitate, eo hoc melius et facilius hoc potuerunt. Christus autem omnium durissime hoc fecit. Unde in multis locis gemitur de infernis doloribus.

Qui autem horrent hanc intelligentiam: Carnis adhuc agnoscuntur imaginationibus, putantes quod diligere se ipsum sit sibi bonum velle et optare. Sed ignorant quid sit bonum, signum quod ideo neque quid sit diligere. Est enim diligere se ipsum odisse, damnare, malum optare secundum illud Christi: Qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam: Qui ergo sic se ipsum diligit: vere se ipsum diligit. Quia non in se ipso sed in Deo se diligit. Et talis est in voluntate Dei, qui odit, damnat, malum optat omnibus peccatoribus, i. omnibus nobis. Bonum enim nostrum absconditum est et ita profunde, ut sub contrario absconditum sit. Sic vita nostra sub morte, dilectio nostri sub odio nostri, gloria sub ignominia, salus sub perditione, regnum sub exilio, celum sub inferno, sapientia sub stultitia, iustitia sub peccato, virtus sub infirmitate. Et universaliter omnis nostra affirmatio boni cuiuscumque sub negatione eiusdem. Ut fides locum habeat in Deo, qui est negativa essentia et bonitas et sapientia et iustitia, nec potest possideri aut attingi nisi negatis omnibus affirmativis nostris. Sic simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. Ager est lutosa res contraria the-

Si dixerit: ergo quid? Qui diligo animam meam se ipsum diligit non in hoc mundo sed quo futura et bona. Et si per hoc amore eam bene facit: quod est amor spiritualis. Non adhuc eo ipso eam diligit in hoc mundo.

thesauro: non ille reuelatur: sed uero celatur. Et tamen tunc ille abscondi-
tur & uita nostra abscondita est cum Christo in deo. i. in negatione omnium
que sentiri: dici & intelligi possunt. Sic & sapientia & iustitia nostra
non apparet nobis omnino quia est abscondita cum Christo in deo. Apparet autem
eius contrarium scilicet peccatum & insipientia secundum illud Apostoli. Qui sapiens
est in uobis stultus fiat ut sit sapiens. i. in deo sit sapiens &
iustus. Non in seipso. Desperet ei omnis sapientia: & relinquatur non
nisi stultitia. Ita de ceteris omnibus bonis. Ecce hec sunt bona
que nobis optare debemus. i. omne malum. Sic enim simus conformes deo
Qui in nobis nihil boni reperit aut agnoscit. Ac per hoc eius boni sumus
dum non nisi bonum dei agnoscimus & nostrum malum: Quia qui sic sapit
cum deo. Sapiens & bonus est. Quia sapit extra deum nullum bonum &
in deo omne bonum: Sic Christus dicit Regnum dei intra uos est
id est extra uos celum est. Extra nos autem est omne quod uidetur aut attingitur
intra nos autem omne quod fide tantum creditur

Ideo periculosissime illi de bono desperant ex parte defectus cum
deus illud uerteret in malum. Quia & si omnia ualde bona sunt
tamen nobis nulla bona sunt. Et si nulla ullo modo mala sunt
tamen nobis omnia mala sunt. Et hoc totum quia peccatum habemus
ideo oportet fugere bona & assumere mala. Et hoc quidem non
uoce tantum & ficto corde. Sed pleno affectu confiteri & optare nos perdi
& damnari. Quia sic agit qui alium odit. ita & nos in nos agere
oportet. Qui odit eum. Non ficte. Sed serio cupit perdere & occidere &
damnare eum quem odit. Si ergo & nos ipsos sic uero corde perdimus
& persequimur in infernum offerimus propter deum & iustitiam eius iam
uere satisfecimus iustitie eius. & miserebitur ac liberabit nos. Si
enim nos ipsos iudicaremus: utique non a deo iudicaremur. Tales enim solum
ut querunt ut corpus deleant: & gratiam dei offensi reconcilient. regnum non
querunt. pati magis saluari: libenter damnari uolunt. Sed non gratia sunt
placati dei: penam non metuunt. Sed tantum offensam dei.

Quod non illi qui sibi merita fingunt & confingunt ac bona querunt
fugiunt mala: & in absconditis suis nihil habent. Quia toti in bonis
conceptis & respiciis transeunt obgrati

Non omnes qui sunt ex Israel

Hec contra iactantiam superbiam: & ad commendandam gratiam. et ad destruendam omnem superbiam iusticie, iustitie & bonitatis operum. Quia iudei ideo filii regni volunt esse: quia sunt filii Abrahe. Contra quos invincibili arguit argumento suum & nec ipsum possunt negare. Quia si vera esset eorum presumptio. tunc et Ismael & filii Cethure essent heredes Abrahe & merito eiusdem dignitatis cum Isaac. Contrarium autem scriptura testatur. Frustra ergo & ipsi contendunt esse eiusdem dignitatis cum Isaac. Quia sunt & ipsi filii Abrahe. Non sequitur enim hoc. ut clare patet. Quod si obiecerent & dixerint Ismael & ceteros merito non esse eiusdem dignitatis cum Isaac. Tum quia fuerunt mali & suo peccato meruerunt privari dignitate. Tum secundo. Quia non fuerunt ex eadem matre Sara. Sed occurrit alio exemplo. Non solum ac si grecus obiecto. quia non leguntur alii filii Cethure peccasse. et solum simul Ismael. Sed concesso isto. quod non ex eadem matre. Quid de Rebecca? eadem matre. primo: ex eadem patre secundo Tercio Deum. Duo fratres. Neuter adhuc bonus vel malus. Et tamen unus in filium alter in servum. sine merito utriusque eorundem. Ergo invincibiliter sequitur quod caro non facit filios dei. & heredes promissionis sed electio & gratia dei: Sic sic ergo humiliata superbia carnis potest nasci spiritus & gratia dei

Ergo

Quod superbit homo de meritis suis & operibus. quia nullo modo placent quia sunt bona vel merita. Sed quia sunt a deo electa ab eterno ei placitura non ergo nisi gratias agendo bene operamur. Quia opera nos non faciunt bonos sed bonitas nostra. immo bonitas dei. facit nos bonos & opera nostra bona. Quia non essent in se bona. nisi quia Deus reputat ea bona: Et tantum sunt vel non sunt quantum ille reputat vel non reputat. Idcirco nostrum reputare vel non reputare nihil est. Qui sic sapit. se pavidus est semper dei reputationem timens & expectans. idcirco nescit superbire & contendere sicut faciunt superbi iustitiarii: qui certi sunt de bonis operibus suis

Perversa itaque est diffinitio virtutis apud Aristotelem quod ipsa nos laudabiles perficit & opus eius laudabile reddit. Nisi intelligat. quod coram hominibus & in oculis nostris nos perficit. et opera nostra commendat. Quod est coram deo abominabile & contrarium magis placitum

Sed & Rebecca ex uno:

Licet Graeca possit legi utrumque. Ex uno: cubile habens Isaac patre nro
Et: ex uno cubile habens Isaac patris nostri: tamen posterior lectio
est melior. Ne videtur in singularitate Sarae. ~~[illegible]~~ Rebeccam ex uno
marito. et Saram ex multis concepisse. Est enim sensus. ex adeo carne &
carnis propagatio. non facit ad filium adoptionem. cum ex Rebecca sancta mulier
nec aliud nisi sancti viri Isaac habens cubile. patris omnium filiorum Israel
non nisi ex uno filiorum susceptam promissionem dei: quod unus ille & non alter esset
futurus dei & heres promissionis. adverte omnia illa verba habent
emphasin magnam. s. habens, cubile: Isaac patris nri quod non esset
Isaac ex tanto patre, et tanta matre. & tam casto cubili fuit aequaliter
conceptus & natus secundum carnem unum primo natus. Certe utique pietate
incredibilis videtur longe posterius natus. quod sint filii patriarcharum secundum
carnem, si sint filii fuerint et si non fuerint electi a deo

Et nondum nati

Ex Apostolus in greco [illegible] legitur: Interpres vero [illegible]
quod ille Cubile est Concubitum dicit. ut videt multis offensionem
ut intelligerent Apostum voluisse Rebeccam ex uno concubitu geminos concepisse

Aut aliquid boni egissent aut mali

Subtilem dat egissent: potius quam essent. Quia non est dubium ex omnibus mali
essent vitio originalis peccati. Licet de Iacob aliqui sentiant. ex in utero
fuerit sanctificatus. Sed merito peccato erant similes. & equales ac
quod massa & perditionis

Numquid iniustitia est apud deum? Absit.

Apostolus. Nullam aliam causam assignat: quare non sit iniustitia apud deum
quam Quia dicit. Miserebor cui misereor sum. Quod est. ad quod misere-
bor cui volo. Vel cui praedestinatum est misereri. Quod est dura responsio
superbis & prudentibus. Sed mitibus & humilibus: est dulcis & grata.
quod hi de se desperant. ideo suscipit eos dominus. Quia & vere nulla
est alia Causa sui iusticiae nec esse potest. Nisi voluntas eius. Ut quid ergo
murmurat homo. ex deus facit non secundum legem: cum hoc sit impossibile. Vel
possibile erat. ex deus non sit deus. Deinde cum voluntas eius sit summum bonum
Cur non libenter [illegible] voluntatem eius fieri summo studio: cum non possit esse mala illa

[illegible] c. 99. Universum genus humanum: ~~[illegible] Iudicio Dei [illegible] damnatum~~ est. ut etiam si nullus

modo. At dicis: Mihi ac est mala? Absit. Nulli est mala. Sz que non attingitur eius voluntas nec fit ab illo. hoc e eis malum. Si enim vellet qd vult deus: etiam si damnatus & reprobatus vellet, non haberet malum. Quia vellent. qd vult deus & haberet in se voluntatem dei p patientiam

Miserebor cui misertus sum

Grece sic: Miserebor cuiuscumque misereor: & commiserabor quemcumque commiseror. q.d. cuius in sua predestinatione misereor apud me: huius etiam miserebor presenti in effectu et suo tempore predestinatam misericordiam ostendam: ipsis ac futuris. predestinatio exhibitam misericordiam notat. Sic etiam de commiserabor.

Heb sic: Miserebor cui miserebor & ignoscam cui ignoscam. Hoc vel indefinite dicitur ac fortius sue predestinationis expressionem misericordiam confert. Quomodo etiam Exo. 3. Ego sum qui sum. Item Ego ero qui ero. Et videntur istis verbis repellere curiosos inquisitores de predestinatione sua vel aliorum. Ut & vulgo. wann es wirt dann werdes: wann es trifft den trifft. q.d. Nemo scit. cui miserebor & ignoscam: Nec merito nec operibus nec ullis aliis poterit. id certum est illi. Et ita e cum timoris & humilitatis

Nota ergo. que in heb. Misereor sive loco posatum: significat eo modo misereri. ut beneficium vel donum gratuitum donet qui miseretur: quod fit etiam in eum qui non offendit. vel promittit sz tm eguit & pressus est. Unde hanam: idest pro misertus beneficium donavit significat. Inde Hanna i. grana. Et Johannes. Scti Johannes gratia. vel ter[mi]natione. Ignoscam ac sic miserabor. significat: remittere & ignoscere. quod etiam sine beneficio fieri fit in eum qui reus & offensor est. Ut cum deus remittit miseriam poenam & culpam. miseratur. Quod dat gratiam & gloriam regnum. miseretur. Hoc vero heb. dicitur Richem

Non est volentis neque currentis

Non est hoc intelligendum quod ita fit miserente dei solum. ut non sit necesse velle & currere sed quod homo velit & currat. hoc ipsum e sine merito sed misericordia dei. Quae dedit hanc potentiam voluntatis & operationis sine qua homo ex seipso neque velle neque currere fit. Ut Apostolus phil. 2. Deus qui operatur in vobis & velle & perficere. hoc est qd hic dicit in persona legis aliis verbis. Non est volentis neque currentis. i. perficientis. Sz dei miserentis. i. donum dantis gratiam suam. Sic ps. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. i. perfeci. cum dilatasti cor meum (i. cum fecisti me velle & posse Et ps. 1. In lege dni voluntas eius. Sic & hic. et quid dicis Quia non

et fit 40 etiam grece. Currere significat in deo vivere & conversari. Unde vita instituta vocatur via: ps. 1. Quoniam novit deus viam iustorum

est hominis via eius: Nec viri est ut ambulet & dirigat gressus suos
Est enim in istis omnibus. velut zelo considerato: Quia si est via hominis, non
eius via. Quare ergo dicit. via eius? via hominis non est sua eius. Sic
& hic. Non est currentis s. cursus eius. neque volentis s. voluntas. Sicut nec
voluntas non est volentis. Et cursus non est currentis. Eodem modo Apostolus Gal. 2.
Vivo ego iam non ego. Et Christus Doctrina mea non est mea. Et
Eccl. 9. Vidi nec velocium esse cursum: nec fortium bellum. Nec sapientium
panem. nec doctorum divitias. Nec artificum gratiam. Cuius ergo est? An
cursus est sedentium & stertentium. Et bellum infirmorum? sed non.
Sed quia omnes sunt instrumentum Dei. Qui operatur omnia in omnibus.
sicut in simili. Ictus ligni non est securis sed secantis. Et percussio
inimici non est virgae. sed percutientis in ea. Unde Isa. x. dicitur contra
eos qui de suis viribus praesumunt: Nocere & malum inferre aliis. Dixit
rex Assur. In fortitudine manus meae feci etc. Sequitur. Numquid gloriabitur
securis contra eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum a quo
trahitur? Quomodo si elevetur virga contra elevantem se. & exaltetur baculus
qui utique lignum est. Et infra. 41. Irridens eos dicit. Bene quoque aut male
si potestis. facite. Et si potestis bonum facere alicui agenti: nec non respondet
videbo. Et sic sunt exponenda ut quos Deus punit: nemo sit curare aut
admirari. Sic etiam Malefacere (i. aliis damna inferre) multi cum
magna conantur. Sed non praevalent deo eis resistente. & non respondet.
Hoc satis apparet in Pharaone. Qui voluit malefacere filiis Israel
sed non potuit. Et sic ostendit deus in eo suam potentiam. ut non
vellet. ~~nisi quod deus voluit. Nec potuit~~ quod induratus fuit. Nec movere
multo minus quam voluit.

Quare ex isto textu non hoc sequitur. quod velle & currere hominis
Nihil sit. Sed quod non sine virtute sit. Quia opus dei non est nihil
At velle & currere hominis: est opus dei. Loquitur enim de velle
& currere secundum deum (i. de vita charitatis & iustitiae dei. Alioquin
autem velle & currere. nihil est. quia non in via dei volunt & currunt
licet magna velint & valde currant. Quia non sunt ex deo nec plantatio
de quibus Isaiae 41. Vos ex nihilo estis Et opus vestrum ex eo quod non est.

Hic tamen Moneo. Ut in istis speculandis: nullus irruat qui
nondum est purgatae mentis. Ne ruat in baratrum horroris & desperationis. Sed
primus purget oculos cordis in meditatione vulnerum Ihesu Christi

Nec enim ego ista tractarem. Nisi ordo lectionis et necessitas cogeret. Quia hic est robustissimorum vinum : et perfectissimus cibus : solidus ille perfectorum i. excellentissima theologia : de qua Apostolus. Sapientiam loquimur inter perfectos. Ego vero parvulus sum lactis indigens : Non ista. Ita faciat quicunque parvulus est. Lactea sunt nobis vulnera Ihesu Christi foramina petre. Distinctio primum studentium robusti et perfecti. Quam merito hic primus et novissimus liber esset. In quo multi hodie temere ruunt : et mire excecantur.

Quid aliter grauius

Hoc aliqui putant. ut Laurentius Valla. Stapulensis interpretatur : Sed Erasmus dicit omnes interpretes grecos deponentaliter accipere quibus ipse consentit. Est autem sensus. Quia Apostolus hoc verbum : induxit in persona impie et superbe cum deum contendentium ac ex indignatione velut cum inimico suo aut equalem murmurantium. Ideo in greco habetur. Non : ut nos latini. Quis respondeas. Id est qui tam contra deum adversus respondes. q. d. in in in tuo creatore cum litigare atque opponere et respondere audes : nec in aliquo cedere paratus. Non ergo est peccatum : si quis ex humili more et humilitate potius ad deum dixerit. Quid me fecisti sic : Immo nec si ex abundanti tentationis violentia blasphemaret. Non ideo periret. Quia non est deus ut homo. Deus impatiens et crudelis. ut sic tamen impios. Quod dico pro consolatione eorum qui vexantur iugiter cogitationibus blasphemantibus et trepidant nimium : Cum tales blasphemie : quia sunt violenter a diabolo hominibus invitis extorte. aliquando gratiores sonant in aure dei quam ipsum Alleluia vel quevis laudis iubilatio : Quanto enim horribilior et fedior est blasphemia. tanto est deo gratior. Si cor sentit se illam nolle quia non ex corde eam protulit : nec elegit. Hoc autem signum est quod non ex corde de ea velint et quod impotens sit ab illa. si vehementer expavet et terretur eam se fecisse. Quia eiusdem signum sui cordis bonum est. Ille pavor mali. Ideo remedium illorum est : non curare eiusmodi cogitationes.

Sic et Iob sanctissimus cum tentatus est spiritualiter. quia non parcentibus labiis suis nec aliquid stultum contra deum locutus est : in aliis suis tentationibus cum tamen non pauca contra deum dixerit. Ut dicit. Quid est homo quod magnificas eum aut quid apponis erga eum cor tuum? Et facere usquequo non parcis mihi? Nec dimittis me. Item Contra folium quod a vento rapitur ostendis potentiam tuam et stipulam siccam persequeris : Et illud manifestissimum. Quare de vulva eduxisti me. Sic eadem Hieremias et abacuk cum deo loquuntur

~~An non habet potestatem figulus~~

B ~~Aug. [illegible] c. 99~~

Dicit enim Scriptura pharaoni

Queritur. Qua consequentia hoc Apostolus ad precedentia loquatur.
Resp. Quod pulcherrimo ordine loquitur. Quia cum dixerat: secundum electionem dei
omnia fieri. Et Iacob dilectus a deo: quia electus fuit. Et misericordiam
consecutus: quia sic ab eterno placuit. Sicut ad Mosen dixit. Miserebor cui[us]
[illegible] dicit. mox optime infert. Corol. Quod evidenter ex dictis sequitur.
Quia quod solum miserentis est dei quod aliquis diligatur. Iustus est. Cum alioquin
omnes equaliter sint massa: et nullus coram deo iustus est si non
misereretur: Tunc sequitur. Dicit enim Scriptura: Cuius sensus i[d est]
Quod solius dei miserentis sit et non volentis: patet per hoc et probatur.
Quia ut deus hoc sic esse ostenderet. Et sciret homo non suo cursu sed
dei misericordia se velle et currere: excitavit pharaonem super filios
Israel usque in desperationem extremam. Ut intelligerent. se non suis viribus
pharaonem evadere. sed virtute miserentis dei: Quia eorum evadere non
fuit eorum. sed domini educentis eos. Sic et modo. ut suos electos humiliet
et doceat in mirabili misericordias suas cognoscere: deposita omni voluntate
vel opere presumptionis. permittit eos desperate affligi et persequi a demonibus
vel mundo vel carne quod excitat. Immo sepius et semper nostro
tempore suscitat diabolum ut suos electos in horrenda peccata prosternat
et dominetur in eis diu. Vel saltem ut eorum bona proposita semper
impediat. et contra faciat quam volunt. ut sic eum palpare possint
quia ipsi non sunt qui bene velint aut currant. Et tamen post hec
omnia eos educit et liberat tandem ex insperato: cum ipsi velut despe-
rati gemunt, quod tanta mala volunt et faciunt: et tot bona que volunt
non volunt neque faciunt. Hec hic fit. Ut ostendat virtutem
suam et annuncietur nomen eius in ~~universa~~ terra. Et Nota
quod Virtus hoc loco id est quod [illegible] infra. Notum facere potentiam
quam mire variat noster translator: Et ~~significat proprie potentiam eius~~
Quam alibi fortitudinem: imperium: virtutem: potentiam: potestatem: per dicit
sed est Magna differentia. Quia Grece Dynamis hebr. Gebura. latine
Vis. Vires: robur. et propriissime Virtus: ea scilicet Qua quis potens est
activus ad superandum et perfringendum quod agere conatur. Ergo Contrarium
in Scripturis est infirmitas i[d est] impotentia. non egritudo vel morbus

ut ibi. Virtus in infirmitate perficitur. Et alibi. Infirmata est. tu
vero perfecisti eam. Et ps. 6. Miserere mei domine quoniam infirmus sum
i. crafftloss. machtloss. econtra crefftig. mechtig. Ut dr. Er mag
mag vil. vermags nit. er kans wol thun. Sic de
deo dicitur. potens est deus facere. Et potens in prelio.

Et Exusiam: grece. proprie sonat potestatem seu liberam facultatem
& licentiam: Unde est potestas ut sic dixerim pure. Sic illa belli
que in hiis que possident & recta sunt facultatem liberam habent & praesertim
hi in hiis que oppugnant potentes & fortes sumus.

Est & aliud nomen fortitudinis in hebr.: quod dicitur Ethan i.
durum. robustum: quod est proprie passiua potentia. Ut quis aduersa per-
ferat et sustinere: hanc hebr. dicit fest. sic Kaiser est fortis. Et hic ne sincht nit [illegible] bleibt
vel castrum vel ciuitas. Ut quod dicit deus apud [illegible] 50. posui faciem
meam ut petram durissimam. Sic dicitur forte. quod non potest expugnari &
superari. contra primo significato. Ut quod & vulgo dicitur duo
lapides fortes non molunt. Quia Gebura & Ethan. si sint equalia
nihil faciunt. Apportet enim equalitatem non esse ardua

Ethan ist hert robust quod est habitaculum tuum.

Zwen harte Stein: Malen selten klein

Igitur ad textum redeundo: Ut ostendat deus virtutem suam
contra pharaonem: Que non potest ostendere virtutem suam in electis. nisi prius
ostendat eis infirmitatem eorum. & destruendo virtutem eorum ad nihilum redigat
ut non glorientur in virtute sua propria. Hoc autem non faceret. Nisi contra
eos potentiores se per eos: qui eorum virtutem ad nihilum redigeret. Et tunc
sola solius dei virtus appareat ipsos liberantis. Ergo sensus est
Excitaui te. ut ostenderem per te in omnibus iniquitatem meam. ut sic oppressi clament
ad me & magnificetur tunc virtus mea in illis. & in te. Hec est sententia
quam in glosa sentio suis

Est & alius & forte melior sensus est. Quia potentia hic non in substantia
sed productio electorum accipiatur. Ut sit sensus ab initio. Quod sit dei miserentis
tamen & non volentis & currentis: Exemplum primum est Iacob. quem miserente
deo bonus factus. Quod autem non miserente eo nullus bonus fit. Exemplum est
pharao. Ut sic habeatur exemplum de utroque per. Sed quod sit miserentis dei
signus currat: Et si non velit neque currat. sit non miserente sed indurante
Et hic mihi satis placet sensus. quod sequitur. Ut utroque exemplo
Ergo cuius vult miseretur & quem vult indurat: Et ex eo quod ait. Ut
ostendam virtutem meam in te. Volens quod ostenderet eius magnificentiam virtutis eius

An non habet potestatem figulus luti

B. Aug. Enchir. c. 99. Universum genus humanum in apostatica radice tam juste judicio divino damnatum est, ut etiam si nullus inde liberaretur, nemo recte posset Dei vituperare justitiam. Et qui liberantur, sic oportuit liberari, ut ex pluribus non liberatis atque in damnatione justissima derelictis ostenderetur quid meruisset universa conspersio. Et quo etiam istos debitum judicium Dei duceret, nisi eius indebita misericordia subveniret. Ut volentium de suis meritis gloriari omne os obstruatur. Et qui gloriatur in domino glorietur. Magna sunt ista verba et valde ponderanda, quae terribilia atque durissima videntur: immo probabile ostendere quare haec verba Apostolus dixerit. Sed ut nos erudiat ~~[illegible]~~ ad humilitatem. Non enim ad terrorem et desperationem, sed ad gratiae commendationem atque praesumptionis destructionem quae est salutaris desperatio. Haec ponuntur. Unde B. Aug. Enchir. c. 98. Altissime quippe ac saluberrime sacra universa faciens, atque (ut ita dixerim) multas scripturarum [illegible] attentos ad admonere videtur, ut qui gloriatur in Domino glorietur. Ideo sic miseretur Deus magna sua bonitate. Et induravit nulla iniquitate, ut nec liberatus de suis meritis glorietur, nec damnatus nisi de suis meritis conqueratur. Sola enim gratia discernit redemptos a perditis, quos in unam perditionis massam concreverat ab origine ducta causa communis. Istis itaque verbis efficitur ut homo agnoscat se esse damnatum: et desperet suis viribus salvus fieri. Et alias sic gratiae cogitet. Sed i. m°. in Adam se perdidisse intelligat. Unde se per liberum arbitrium [illegible] sperat [illegible]. Hic ad dixit. Et gratiam ipsum suscitat ante se arbitrium et servum arbitrium [illegible]

Reliquiae salvae fient

Hoc Nomen Reliquiae frequens est in prophetis: sive & sententia hoc dicit. ut Esaie
4. Et erit omnis qui relictus fuerit in Zion & residuus in Jerusalem sanctus
vocabitur omnis qui scriptus fuerit in vita in Jerusalem

Et 46. Audite me domus Jacob & omne residuum domus Israel

Et 65. Quomodo si granum in botro inveniatur & dicatur. Ne dissipes illud quia bene-
dictio est. Sic faciam propter servos meos. ut non disperdam totum: Et educam
de Jacob semen &c. reliquias &c

Et Amos 3. Quomodo si eruat pastor de ore Leonis duo crura aut extremum auriculae
sic eruentur filii Israel.

Mich. 2. In unum conducam reliquias Israel

Mich. 5. Et erunt reliquiae Jacob in gentibus: quasi ros a Domino.

Sic igitur & multis aliis locis. Apostoli & fideles de Judaeis vocantur reliquiae
seu residuum. Ipsi enim sunt ipsum Israel. Ipsi scilicet potioribus & maioribus in patribus
credentibus. Unde & Esaie 49. parum est: ut sis mihi servus ad suscitandas tri-
bus Israel & feces Israel convertendas. Dedi te in lucem gentium &c

Sic ps. 77. Et occidit pingues eorum & electos Israel impedivit q.d. sunt salvati
sunt & dilectiores. Sed nobiliores sunt excaecati. Sic tota vina si premitur &
unum granum servatur.

Sunt ergo figuratae iste reliquiae in pauperibus & paucis relictis in terra: in
transmigratione Babylonis. Quia rex & regina & principes ac prophetae & potentes
sapientes ac divites: migraverunt. Ita & nunc Judaei migraverunt in veram
Babyloniam perditionis omnes nobiliores. paucis relictis. Et hanc migrationem
plorat Jeremias in suis Trenis. videns in spiritu tunc eam significari.

Et sunt figurati per paucum illud Amalechitarum 1 Reg. 31. Qui relicti erant
a domo sua qui tamen vita & spolia [illegible] transierant. Unde de tanta
paucitate reliquiarum Israel dicit Esa. 10. Et erit Israel terrore profugus &
reliquiae Legis salvae eis si paucitate numerabuntur & puer scribet eos.
Salvus ligna. sed populus synagogae densissima & fecunda multitudine filiorum glossa.

Vocantur autem reliquiae a relinquendo. Ut hic ex Esaia patet. Quia ceteris in perditionem
perditis. hos solos reliquit sibi pro semine alterius populi

Verbum enim consummans et abbrevians in iustitia

Hoc consummans et abbrevians refertur ad spiritum et ad literam. Hoc est: Quia caro et sapientia carnis
nullo modo est capax iustitie et sapientie dei. Ideo necesse est ipsum verbum iustitie
et sapientie, quod est verbum fidei, contrahi et abbreviari: ut prorsus ad carnem et
sapientiam eius ac iustitiam non extendatur, nec eam capiat nec capiatur ab eadem.
Ideo necesse est carnales in illo offendi. Et ipsum fieri et abbreviari ab eo.
~~Est ergo~~ Sic Nam antequam hoc verbum fidei, verbum spiritus revelaretur, Erat
omnia in figura et umbra: propter Iudeorum carnalitatem. Erat enim verbum extensum
et imperfectum ac adeo omnibus facile intelligibile: quia de sensibilibus
loquebatur in figuris: At ubi exclusis sensibilibus et figuris cepit
deus loqui verbum spiritus et absconditum, quod est verbum fidei: et sic consummatum ac
perfectum verbum proferre. tunc sit necesse est et abbreviatum: ab omnibus significatis
sensibilibus ac figuralibus. Ac per hoc et eius illi abbreviati sunt. Vel potius
ipsum ab omnibus abbreviatum est, qui illos sensibilibus ac figuralibus adstringunt.

Quod ac dicitur Verbum abbrevians potentiam rem. Hoc ipsum est quod ipsi
illi crediderunt. Quia rem visibilem expectabant. Et rem futuram invisibilem non
expectabant. Sed verbum tantum in terra medium illarum dedit. Ideo qui non credit
perit. Quia non est contentus verbo. Et negari sibi rem indignatur.

Sic ac quod et ipsos ipse abbreviat et consummat, est hoc verbum consummatum et abbreviatum ad iustitiam: ceteros ut ad penam et iniustitiam propter incredulitatem.
Quia est verbum consummatum et abbreviatum in iustitia scilicet quia iusti sunt omnes qui huic
verbo credunt. Non credunt autem. Nisi in invisibilia intellectum captivent. Et sic
cedant ab intuitu omnium visibilium. Quia et verbum in hoc est abbreviatum. quia est precisum
et separatum ab omnibus visibilibus. Quod nihil permittit nec exhibet immo omnia
abnegat. abbreviat et abnegare docet. Quod ideo facit. Quia est consummatum i. perfectum verbum
quod non nisi perfectum et plenum significant. Omne enim verbum quod aliquid
significat aut narrat visibile aut creatum. ideo non est consummatum aut perfectum
quia plene narrat non totum (scilicet rem que totum hominem non satiat: sed tantum partem carnis et
sapientiam eius titillat. Sic ac hoc narrare id quod perfectum est et totum hominem satiet
necesse est. Ut nihil eorum narret que carnem satiaret (scilicet rem creatam vel visibilem)
sed solum deum. Ideo eo ipso dum consummatur abbreviatur. Et econverso dum
abbreviatur consummatur. Quia et consummatur hoc est per spiritum: quia narrat ea que
bona sunt spiritui. Et ac econtra abbreviatur hoc est in carne: quia denegat que
sunt bona carnis. Sic econtra verbum legis sub figuris veteris eo quod sonabat
et intelligebatur de temporalibus bonis et promissis ~~carnis~~ erat imperfectum et inconsummatum
et eo ipso potius prolongabatur et differebatur quam abbreviaretur. Quia sic facit spiritum remorem
fieri ac differri a suis bonis scilicet ab intellectu spiritualium bonorum.

Breviter

Sic verbum legis carnaliter intellecte, fuit verbum imperfectum et dilatum seu prolongatum

Ita Verbum Spiritus i. legis spiritualiter intellecte est verbum consummans et abbrevians.

Imperfectum, quia significabat, sed non exhibebat quod significabat. Ac per hoc et dilatum et prolongatum
~~quia trahebat usque ad mortem ad imperfectum et spirituale~~
~~quia prolongabat ac differebat quod significabat~~. Cum sit impossibile: id exhiberi
quod spirituale est. Sicut enim carnaliter habetur et intelligitur verbum, quia dum signum
pro signato accipitur: signatum non habetur. Et sic tamen ipsum verbum
non fuit ad iustitiam, sed magis ad iniquitatem: multam et auctam

Rursum Verbum Euangelii est consummans, quia exhibet quod significat: scilicet gratiam. Ideo
et abbrevians est, quia non differt quod signat. Immo praecidit ab omnibus quae prolongant
et impediunt adeptionem illius. Unde et in Iustitia est abbrevians, quia ad iustitiam valet
in quibus consummatur et abbreviatur, quod fit per fidem

Cor. ~~Lex et~~ Quia Idem est verbum Novae et veteris Legis: solum secundum nostram
intelligentiam vel non intelligentiam dicitur perfectum vel non perfectum, breve vel longum
Nam quia hodie sacrosanctum Euangelium [illegible] superbe intelligit vel false. Ut heretici et Nomini
[illegible] scribis est non consummans et breviare, verum imperfectum et longum. i. vanum
inutile: [illegible]. Quia Verbum Christi, Non fit sufficit. Nisi abnegaveris
et [illegible] omnibus. [illegible] consummato et omni sensu humilis submissio. Sed
quia plurimi praesumunt in sensu suo: Et tamen non recipiunt [illegible] non recipit
ideo vix reliquiae salvantur. Et abbreviatur in illis qui pereunt. Sed consu
matur in iis qui credunt. Et haec est abbreviatio et consummatio allegorica
i. Literalis significatio spiritualis verbi. Quae fit sed [illegible] ex Morali quia
cum Verbum spiritus abnegat omnem sensum ac sensum proprium: ideo per [illegible]
est abnegat et praecidatur ab omnibus quae sensus ac proprie sapientibus: Et sic Breviatio
tropologica infert allegoricam. Quia vero consummat et perficit humilitatem et
[illegible] submissionem. ideo consummat quae et perficit omnes humiles et submissi [illegible]
[illegible]. Ac sic Moralis quae consummatio infert allegoricam

Fides namque est consummatio et abbreviatio: et compendium salutis. Quid enim verbi
abbreviati est nisi fides. Verum pronunciat: Quia Verbum breviatum. Nullum est tale
nisi intellectum sit esse tale. Sed non nisi fide intelligitur. Ergo fides est [illegible] et
verum Verbum abbreviatum. Unde quod sit breve. Argumentum non apparentium
i. ab omnibus praecindit et abbreviat. [illegible] et fideles per spem: ab omnibus abstinet. et in non
apparentibus. Verum consummans. Quia est substantia sperandarum rerum i. possessio
et facultas futurarum rerum. [illegible] non praesumuntur a quibus [illegible]

Et iterum in [illegible] Iustitia. Quia et [illegible] litera mortis est
est consummatum et abbreviatum sed contra [illegible] in [illegible]. Quia sic verbum spiritus consummat
humilitatem et [illegible]: abbreviat sensum et sensus i. perficit spiritualis et destruit carnales

perficit sapientiam spiritus & removet sapientiam carnis. edificat Ierusalem & destruit
literalem. Ita verbum litere mortificantis contra: consumat & moderat superbos 110
& destruit hostes. perficit sapientiam carnis & removet sapientiam spiritus. Et
destruit Ierusalem & edificat Babilonem: ubi aliud in iustitia hic in
iniustitia. Est enim consummatio & abbreviatio.

Sed ergo sunt & illa duo ad diversa referuntur. Consummatio ad eum
ad quem. Abbreviatio ad eum a quo. Quia consummatio ostendit quo
ducat verbum hominem scilicet ad perfectam iustitiam. Abbreviatio vero a quo avertat
verbum scilicet a sapientia carnis & iniustitia. Qui ergo ista duo volunt. Illi
longum verbum nevit abbreviatum; & relinquunt illos in carne & iniustitia

Et est enim isto verbo sicut cum pallio vel textura abbreviata
quod ubi unum operit alterum nudum relinquit. Ysa. 28 Coan-
gustatum est stratum ita ut alter decidat & pallium breve utrumque
operire non potest. Sed & verbum fidei est angustum ut non utrumque homo
in illo quiescere possit sed alter i. vetus omnino decidit & excidit. Quia
non capit eum: Et pallium id non tegit utrumque sed novum hominem
tegit. Valde ergo perfectum & consummatum verbum: quia omnia & abundanter
consummat hominem. sed valde breve quod multum inutilem hominem consumat. sed abb-
reviatur ab omnibus. Valde ergo dicere quod deus consummatum faceret sed
valde breve & angustum. Quia pluribus abbreviatur: quod totus mundi hominem
abbreviabit. Sed perfectum consummatum, ita & magnificentius abbreviatum. Erat
enim populus fere totus carnalis & in carne gloriantes. Ubi videmus hic
facta est abbreviatio sed multitudinem carnalium populum. Et non mirum quia
omnis fructus abbreviati. Quia omnis erat filii carnis. & sed veterem hominem
ex fidelibus nati. Nisi quod deus reliquit semen.

Ergo consummatio abbreviata inundabit iustitia. Mira res. Quomodo
datur sit iustitia & consummatio: & tamen brevis angustaque. Quis. Vidit de hoc
verbum angustum? & quis vidit consummari? ad sit & angustari, sit
perfici & velut minui? Sit minuta & magnificatum? Sit completum
& evacuatum? At hic sic factum est. Sit magnifice vestitum & tectum
& tamen fere totum nudatum & expositum: Sit consummatum pervenit deo
& tamen abbreviatum fere omnibus. Sed quomodo consummatio inundaverit
consummatum in iustitia

Qui Crediderit non confundetur

Heb. Qui crediderit Non festinet. Quod sic potest concordari. Qui cre-
dit in christum stabilis est in constantia sua & iustus. Qui ut prov. dicit
confidit ut Leo. Et infra. Non conturbabit iustum quidquid acciderit ei
Ubi impius fugit 28 fugit nemine persequente Et infra. Isa 28. 57.
Impii sicut mare fervens quod quiescere non potest. Non est pax impiis dicit deus
Et Ps. 1 Non sic impii. sed tanquam pulvis quem proiicit ventus. Levi. 26.
Terrebit eos sonitus folii volantis. Et Isaie. 30. Hec dicit dominus deus sanctus
Israel. Si revertamini & quiescatis salvi eritis. In silentio & spe
erit fortitudo vestra.. Et noluistis & dixistis. Nequaquam sed ad equos fugiemus
ideo fugietis. Et super veloces ascendemus; ideo velociores erunt qui persequentur vos
Mille homines a facie terroris unius &c. Est ergo sensus. Qui
Credit in christum Non festinet. Non fugiet; non terrebitur. Qui nihil timet
stat quietus & securus. fundatus super firmam petram ut Matt. 7. dicitur dominus
Qui autem non credit in eum utique festinet. i. fugiet & tamen effugere non po-
terit instantem tribulationem & angustiam. propter aeternum iudicium. Hec est
enim pena damnatorum. & ... sine fine. Qui fugiunt dominum & tamen
effugere non possunt. Quia omnis constantia mala christum oblita fuit
ut deutero 28. Mane dices Quis mihi det vesperum? Et vespere. Quis mihi
det mane? propter cordis tui formidinem: qua terreberis. Dabit enim
tibi dominus cor pavidum & oculos consumptos merore.

Talis autem terror & fuga festinantis confusio Est ipsa confusio confusio.
Qui ut phi. ait Nulli malum est pavor confusior quam bonum. Ideo quod
ipse habet nostra translatio in lxx. Qui illi dixerunt Non confun-
detur. Volunt confusionem & perturbationem esse significare. Quae fit a terro-
re & pavore ut nullus ordo cogitandi consiliandi ibi relinquitur. Sed
tum fuga geratur & tamen non determinatur. Sic confusio fit in bellicis tu-
multibus. Ubi pavor & terror invaserit festinatur ibi & confunditur quilibet
Talis est pena omnium morientium sine patientia in christum. Qui pertur-
bantur. ut nihil sciant quid faciant ~~Non ergo hic confunderetur pro~~
~~...stentia stri pudore ...~~

P. Hiero. quem sequitur Lyra dicit Non festinet i. Non videtur ei
prolongari adventus domini. Sicut ~~...~~ Thessalonicenses Monebantur & terrebantur quasi
instaret dies domini q. d. Non est ita pusillanimis qui credit in christum. Qui ipse quam
cumque tribulationem statim putat adesse iudicium diem. Hanc autem glossam
Non intelligo quod velit. Licet non reprobem sed tamen Qui non narrat differre
tractatio

poste & alia est glosa: quia multa quodammodo fiunt que videntur parva 111
sed qui non in christum credit. Non festinat stulto zelo & cursu demo
nii meridiani: ceteros iudicare: saepius excusare. quia similes sunt. Et
durabilis est ac dirigibilis: Multi tamen in fervore novicio festinant ad zelum
& ad iustitiam cum saepius nimis accenso studio: quod diabolus excitat. Ut primo
cursu exhausti postea inutiles fiunt: in omni fastidio boni studii &
rapidi principiis languidi ad omne bonum. Quod expresse sic scribitur agnus in princi
pio. Sicut hereditas ad quam festinatur in principio: in fine benedic
tione carebit. Et beatus Augustinus in libro de vera vita. Quod nimio ardore suscipitur: solet nimio fastidio perire.

Vel festinat contra alios & prompti sunt alios iudicare docere tardi iudicari doceri audiri audire
Non sic qui in christum credit. Sed ut scribitur ait
beatus Iacobus. Sit autem omnis homo tardus ad loquendum: velox ad audiendum.
Sed contra iudicii voluerit audire quam festinaverit certe etc.

Sed quaeritur In greco. Confundetur. Non enim latinissime & proprie
significantius ponitur. ut supra dictum est. de Confusione id est disturbatione et
sed Confundetur id est pudefiet seu erubescet. Ideo festinatio illa & erubescentia sic concordant. Quod pudefactus abhorret apparere. Quaerit fugam &
latere. Sicut dicunt. Cadite montes super nos. Ideo Confusio illa
facit eum festinare id est horribiliter fugere. Quod non facit Qui credit
in christum: quia non confundetur nec erubescet. Sicut de christo
Iesu dicitur. Ideo utraque translatio hebraica et lxx convenit: hebraeorum magis
expressius exposuit. sicut alias saepissime. Nam ad Confusionem & pudefactionem
sequitur fuga & festinatio horrentis apparere

Zelum dei habent sed non secundum scientiam

Hec est portentum: quod superbia & solum reputant sibi: resistit obedientie. sunt
homines dure cervicis & incorrigibiles. ut in hereticis & scismaticis patet
qui velut sit impossibile eos errare. ita duri sunt & obstinati in bona sua
intentione. In hac tota summa sue salutis statuunt. quia pie intendunt
& dei zelo.. Hos scriptura superbos appellat. prima sunt curiosi cor
de. & mente corruptos. Ut potest quia non sunt corrupti carne. sed in
corporalibus vitiis. sed in spiritualibus. sibi in sensu & bono obedito
spirituali sibi obstinati. hos & B. virgo arguit. quod dispersit superbos
mente cordis sui. Ex hoc numero: sunt hodie. pontifices
& principes. qui neglectis suis officiis: zelo dei & pia intentione agunt
aliena negotia. Et omnis qui relicto bono vitiore ad quod debet. maius
bonum sibi maiores boni spem fallente diabolo sequitur. Iste enim est
sensus ex capite serpente antiquum: Et omnis disturbatur mensa & fons
per superbiam & pravitatem. & incredulitatem. Et ipse salutem impedit salutem.
Igitur nondum ex scientia, sed zelare deum: est in pia ignorantia
& incertalibus tenebris deum zelare. Hec est. Nullum tamen gradum
bonum estimare: et si deus ipse est appeat & omnia gratia eius. Cum sint
uniusque sit parvus duri & flecti ac doceri: ad quemque vitium bonum. At
sic sunt suum sensum: sive male. ad omnia est indifferenter. quia
vitium ~~et d. refert~~ regeneratur. sive pro deo sive pro homine. sive pro Christum
veniemus. Nescit enim eligere. Sed expectant eligi & moveri. Sic
ps. 17. Cum electo electus eris. Non ait cum eligente electus eris.
His sunt homines: mites docibiles. sed autem ductilis & in se firmam
tractabilia. Unde in scripturis sancte differunt. Rectum & bonum
ut ps. 124. Benefac domine bonis & rectis corde.: declinantes autem in obli
gationes (id est prevaricationes & a rectitudine) adducet deus: nam sit non ostendit
iniquitatem (id est bonum vane estimatum) secundum illam sententiam. Hec rectum
de ferro transfertur quantum. Ubi recte transfertur. Ut sit iustitia
recta. bonum rectum. iustitia ac pura secundum ipsa. bonum perversum et
pravum. Eius. perversi difficile corriguntur. Unde ps. 44. Vir
ga equitatis. aliud directionis. hec est rectitudinis. virga regni tui.
Que dirigit mansuetos in iudicio. (id est eos qui nihil sunt nisi proprio dirigit
in consilio & sensu proprio. Igitur secundum scientiam zelare: est nihil
scire quod zelatur. Scire enim se non scire. Hec est ista scientia. secundum
quam iudicii non habent zelo. Scire enim se scire. Qui enim scit se non scire
i mitis dirigibilis: non resistens. sed alium manum dare paratus

Quis ascendet in celum

Ista verba non ad hunc sensum ponit Moses dicit ... Apostolus ex abundanti suo sensu in spiritu. Paulinum [illegible] erant. Magno [illegible] argumento nos erudiens, quod universa Scriptura de solo Christo est [illegible] utrorsum inspiratur, licet facietenus aliud sonet in figura & [illegible]. Unde & dicit: Finis legis Christus, q.d. omnia in Christum sonant. Quod adeo verum est ut probat, quod hoc verbum alienissimum a Mose Christo [illegible] Christum significat.

Exponuntur autem diversis modis

Primo ut in glosa, quod Apostolus duas iusticias sic invicem comparat, ut iusticia legis exhibeat opus; iusticia autem fidei verbum. Quia ad legem requirebatur opus, ad verbum autem requiritur fides. Ergo iusticia illa stat [illegible] lex. Ut scribe opere facta. Ista autem in verbo credito. Ideo quod sit illud verbum exponit quod fieri & dicens. Ne dixeris etc. i.e. Verbum credendum est nihil aliud, quam illud dicere quod Christus est mortuus & resurrexit. Unde ista Negativa & ad fidem requirere [illegible] affirmativas [illegible], ut Quis ascendet [illegible] ut in celum? [illegible] Deus [illegible] Christus ascendisset in celum. Et salvus [illegible] credere quod [illegible]. Et noli illo [illegible] dubitare quod ascenderit. Hec est [illegible] quod [illegible] Sic [illegible] iustitia fidei. Hec est via compendii & [illegible] ad salutem. Iustitia autem legis longa ambages & circuitus. Ut figuratum est in filiis Israel in deserto.

Secundo Stapulensis intelligit quod Moses in istis verbis insinuaverit Christi iusticiam & eius descensum & ascensum. Unde sic ipse transfert de eo quod ex fide est: sic dicit. Quis ascendet in celum? Hoc significat Christi descensum: Aut. Quis descendet in abyssum? Hoc significat Christi ascensum ex mortuis reductionem. Ideo ipse refert hunc [illegible]. Hoc est [illegible] hoc significat, ad illas questiones. Quis ascendet. Quis descendet. & non ad verbum illud. Ne dixeris [illegible] & [illegible] laborat in [illegible] exponere. Ut nihil sensus inde percipi possit.

Tertio Erasmus putat hic nihil esse difficultatis. Et frustra laborari ab expositoribus. Sed quod Apostolus citat Mosen istis verbis eos [illegible] qui non credunt nisi ~~experimentum~~ experimentum rei videant. ut Quis ascendet in celum? i.e. Ne dixeris. Christus non est in celo, quia non videris, sed tamen credo. Quia enim [illegible] hec non credit. Et dicit. Quis ascendet in celum: [illegible] ut qui neget Christum illuc esse. aut velit sibi experimentum [illegible] fidei fieri.

Ad Quartum [illegible] sensus Apostoli est, quod tota iustitia [illegible] ad salutem pendet ex verbo per fidem. Et non ex opere per [illegible]. Unde & [illegible] omnes [illegible]

nihil aliud arguunt dei. Et quod nollent audire vocem eius. Et prophete. Non opera sed verba
& sermones contendunt. Unde Jere. 7. expressit dicit. Hec dicit dominus exercituum deus
Israel. Holocaustomata vestra addite victimis vestris. & comedite carnes. Quia
non sum locutus cum patribus vestris. & non precepi eis. in die qua eduxi eos de
terra Egypti. de verbo holocaustomatum & victimarum. Sed hoc verbum precepi eis
dicens. Audite vocem meam. Et ero vobis deus. et vos eritis mihi populus.
Et Ysa. 1. Audite verbum domini principes Sodomorum auribus percipite legem dei nostri
populus Gomorre. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum. Et sequitur. Si volu-
eritis & audieritis me. bona terre comedetis. [illegible] Ad quem autem respi-
ciam nisi ad pauperculum & contritum spiritu. & trementem sermones meos. Qui immolat
bovem quasi qui interficiat virum. Qui adolet thus quasi qui benedicat idolo. et
Hec omnia elegerunt in viis suis etc.
Hoc autem non potest nisi fides. Que exigit omnem sensum carnis, faciens
nihil sciri: paratum doceri et duci. & promptum audire & credere. Que
non magnitudinem operum. sed mortificationem veteris hominis requirat deus. Nec
autem mortificatur nisi per fidem. que tribuit sensum proprium & subijcit alterius.
Tota enim vita veteris hominis stat in sensu suo vivente. In sapientia & pru-
dentia carnis. Sic serpentis vita in capite. Contrario autem capite isto
toto homo veterius mortuus est. Quod fit per dici fides verbi dei. Non
quod de celo iam sonat. Sed quod [illegible] ex ore cuiusque boni viri, presertim
[illegible] predicatoris. Ideo contentiosi & incredibili & offensibili sunt in
verbum fidei. Que ubi credere debent: demonstrari sibi volunt. Sed
se videlicet videre presumentes & alteros errare. Qui enim non credit
& se non errare presumserit. certissimus est. Que adhuc vivit in eo Adam
& vetus homo & Christus novus in illo resurrexit.
Unde professionem [illegible]. Deus abscondit celestia sub magnis & minutis
rebus operibus: nec differentiam respicit operum: sed simplicem obedientiam. Tunc
vero. Stultitia prudentia est ad opus plus quam ad verbum respiciens: ver-
bi dignitatem incipit ex operis dignitate vel indignitate pensare. Et ubi opus
fuerit vile. statim & verbum vile reputat & contemnit. Que prudentia car-
nis adhuc vivit: quod discernit bonum & malum: ex primo peccato de ligno scientie
boni & mali nata. Econtra prudentia spiritus. neque bonum neque malum
scit. Sed se ad verbum non ad opus respicit. Et operis dignitatem ex
verbi pensat et estimat. Ubi et si opus esset omnium vilissimum tamen
ideo preciosissimum estimat. Que vim spiritus eius iam se reputat.
Hac arte serpens antiquus allisit. Evam sed non Adam. Et illud
est [illegible] omnis serpens. Que statim revocavit Evam: a verbo ad opus. dicens
Eritis sicut [illegible] Vobis deus etc. Tunc illa opus pulcherrimum contemplata. cepit & inde
comedere. Sic Saul quod verbum dei neglexerit. propter magnitudinem victimarum

sic usque hodie. Operum destitutorii: eo maiorem se hinc salutem sperant quo
maiora fecerint opera. Ex ipso certissimo signo cognosci debent isti mere
nulli: scripti & verbi contemptores: quod anhelant ad quantitatem operum
cum enim monstrat ista lectio de quantitate operum. Ut parva contemnat
& magna miretur: illa fugiat: ista anhelet. Hic est quod offendit
in Iudaeos & haereticos in respectu offensionis. Tunc enim clarius ma-
net sub nullius operibus quae praecipiuntur verbo. relinquunt illos in ope-
ribus magnis quae suggerit diabolus per prudentiam carnis

Igitur omni studio & totis viribus ut claustra simplicis oculi ac re
prudentia. simpliciter audiendum intendere operum verbo: Et sive stultum
sive inglorium sive magnum sive parvum praecipiat. hoc faciamus
Ex verbo pensantes opus. Non ex opere verbum

Alio etiam signo cognoscuntur. Scilicet quod ea opera arripiunt: quae apud homines
aestimantur magna & quae vulgus miratur. Cito autem cessant ea mirari
& nihil reputare. statim fastidit & respicit etiam ipse qui fecit ea. ut appareat
quod non tam opera nec deum in illis, sed suam vanitatem in illis quaesivit
Unde & opera quae vilia sunt. & levia non aestimantur. non anhelat
quae tamen sola sunt anhelanda. ubi sine verbo operamur

Hinc ergo respirant indocti praedicatores. vel potius seductores Qui
vel praedicantes vel legentes. Magna opera in legendis sanctorum. Solum ea mirantur
populo autem efferunt: tunc videas: audientes talia aliquid posse. statim an-
helant omnibus neglectis. eadem imitari. Inde veniunt tot indulgentiarum
gratiae & pensiones per templis aedificandis. ornandis ceremoniis multiplicandis
interim nihil solliciti quid quisque deo debeat. secundum vocationem suam

Et papa & pontifices. Qui tam largi sunt per temporalibus subsidiis ec-
clesiarum: in indulgentiis. sunt omnium crudelitatum crudeles sunt. si non
maiora vel aequalia propter deum & iustitiam nostram largiuntur. in
cum gratis acceperint gratis donanda. Sed corrupti sunt & abominabiles facti
sunt in studiis suis: seducti & seducentes populum christi a vera cultura dei

Vidi audivi videlicet & eruditissimum hystoricum. Hic quanta videns
homo: audivi quendam clarissimum stimulatorem exemplorum quod ad exemplum Simeonis
in uno primum de Columna. Magnum aliquid faciendum propter deum esset. Tunc
illi. consilio dei. ut crederetur stulta ista cancellaria Ambonistarum
& videretur quod fructus inde sequeretur. si ipse cancellus levius obediret
propter amore dei: velle nunquam mingere: Et sic aliquot dies continuas coepit
egrotare usque ad mortem. ~~Et nunc~~ [illegible] et ni scinderetur vesica audivit

Sed alio consilio dei. videte quod solutus sit a proposito. Arripuit aliquando
hic deo suggerente infirmarius. Qui arrepta in eum proposito exhortabatur
eundem dicens. O recte bene infirmare: surge mi frater, vt comprehendas. Nam ego
sicut tu facis faciam in desperatione et odium omnium ~~inimicorum~~ omnium
medicorum quia non fuerunt mihi sicut vt tu sibi. Tunc ille audito
quod opus suum adeo vilipenderetur ac nihil esset apud homines. Ut non solum
non amoveret sed odio suum id ~~facere~~ fieri decrevit. statim ecce sanatus est
Et ait. Si ideo me dimitte facere. Non faciam. Ecce alius mortalis
cordis quod ipse boni faciebat. quod ubi displicuit fuit statim sanus factus
o prudens consilium nostrum et solo deo magistro datum quod diversa re
curat morbum. Circa secundum opera non sunt absolute
dimittenda vel omnibus consulenda vt eadem faciant. Sed addendum ecce in
suo statu ille sic et sic viuit. tibi in exemplum. et in tuo statu simile
facias. Non autem vt illius eadem facias. Et tuo statu neglecto in illius
transilias

Corde enim creditur ad Justitiam

Quasi dicat. Nullis operibus. Nulla sapientia: Nullis studiis. Sed neque divi-
tiis aut honoribus pervenitur ad iustitiam. Licet multi nunc oblatis a-
obulis petere indulgentiam sibi promittant. Et multi ideo iusti volunt
sibi videri: quia multa sciunt: legunt docent. Aut quia sublimi digni-
tate fulgent. Et sacris ministrent. Verum Nota est haec assertio
iustitiae contra Aristotelem. Qui ex actibus putat maxime exterioribus.
frequenter actis. comparari iustitiam. Sed iustitia politica. idest coram
deo reproba. Vera autem iustitia: fit credendo ex toto corde verbo
dei. Gen. 4 Credidit Abraham deo. Et reputatum est illi ad iustitiam
Que autem iustitia sit. in distributivam & commutativam
dum & generalem. Venit ex spiritus mente. Sed ex humana sapientia
in temporalibus tantum vertitur. Sed tractandis. Sed iustitia
Ubi potest fieri. Ut aliquis multi alius paucis alius multa. debeat &
sortiat. Verum in iustitia dei. Homo nulli non debet. Quia fateri
in omnibus reus. Ostenso enim Creatori debet gloriam & innocentiam suam. Cre-
ature vero bonum opus & corporis servitutem dei. Ideo non solum
nisi iis omnibus subiectus. Habet se in novissimum locum. Nihil sibi
in omnibus querens. Sic Iuriste dicunt. Quod tribuit omnibus bonis. Satisfacit
ita qui tribuit deo creaturis. cum iusto & liberis ac volens et in
nihilum & mortem ac damnationem sponte conferens. Nec digitum sibi arbitrat
aliquid habere se preparare. Hic sane deo satisfacit & iustus est. Quia
nihil retinuit sibi: omnia reddit deo & creaturis. Hoc fit per fi-
dem. Quia homo sensum suum captivat in verbum crucis. Et abnegat
se & a se omnia. mortuus sibi & omnibus. Et sic soli deo vivit. cui
omnia vivunt etiam mortua

Oris autem Confessio fit ad salutem. Sed quia fides ad iustitiam pertineat. Non
pervenit ad finem iustitie. scilicet salutem. Si non pervenit ad confessionem
Confessio enim est opus fidei principium. Qua homo negat se & confitetur
deum. ac ita negat & confitetur. Ut etiam vitam & omnia neget
antequam se asserat. Moritur enim in confessione dei. & abnegatur suum
Quod enim potest fortius se abnegare quam moriendo ipso confessione dei? Tunc
enim relinquit se: ut stet veri & confessio eius

Dives in omnes qui invocant illum

Nona Lectio. Potuit enim dicere: promptus facilis. Sicut ut Lex dicit Misericors ad clamantes ad se et benignus ad exaudiendum. Sic ps 43: Quoniam tu Domine suavis & mitis & multe misericordie omnibus invocantibus te. Sed id voluit Apostolus notare et sic & alibi dicit. Quod deus dat invocantibus supra quam petunt. ita ut invocatio superet donationi. Sed pauca & modica ita ut nec tanta cogitare potuisset invocans nedum petere. Ut Eph. 3 Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus secundum virtutem eius. Nescimus quid oremus sicut oportet. Et 2 Cor 9. potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in vobis. Dives ergo deus exaudiendo. quia nos pauca invocando. potens ille implendo. Nos tepidi & infirmi petendo. Quia ut tantum petimus quantum donare ille potest. & vult hoc est nos non secundum potentiam eius petimus. sed longe infra potentiam eius secundum infirmitatem nostram. ille autem non potest dare: nisi secundum potentiam suam. Ideo semper plus dat quam petimus. Ideo dicit. Dilata os tuum. et ego (non fallabo) Sed implebo illud. (i. praeter comparationem potens. plus ego dono quam petens est donaturus: sic potentia petitionis tuae. ita & semper admirat infirmitatem nostram in petendo. Hoc enim potens quod hic de deo dicitur. Non est in lingua accipitur. pro contingenter ac libere valente ac facultatem habente. quia & ubi voluerit. Sed grece dynamicos i. potentie: quod significat eam potentiam quam supra dixi robur. sive vires: virtutem. Ut sic sensus Deus qui dat. tam potenter ac fortiter dat. ut nec cogitare talia potuissemus. Sic enim potens est (i. invalidus & fortis. ut plerumque petat infirmitates donet. Sed addit: secundum virtutem (i. grece dynamin). quae operatur in nobis. Ubi excludit. robur carnis. Quia non operatur in nobis secundum virtutem carnis. nec sic exaudit. Sed secundum spiritualem virtutem. hoc est eam ultra quam intelligimus. Grece Noumen i. sentimus. sapimus: a Noys i. mens sensus aestimatio. Superat enim omnem sensum eius exauditio. i. quod non ut nos sperpimus & cogitamus & prudenter, ut videtur, eligimus: Quia infirmus & impotens eligimus hoc est. infirma sunt & impotentia ea quae petimus: si nobis darentur: cum non nisi intra limites nostri sensus sint. Ideo statim voluptate quod in fastidium futura. Eodem modo dicit Phil. Et pax dei: quae exsuperat omnem sensum (i. Noyn) hoc est supra statere nostrae. etc. custodiat corda vestra & sensus vestros. i. Noemata hoc est sensa & mentata seu mentes vel sensum. Ubi nos intelligentias vestras

Quomodo ergo invocabunt in quem non crediderunt? 114

Ista quattuor per ordinem sibi arrogant omnes suppositi mente. Et iudei et heretici ac scismatici. Qui omnes falluntur specie pietatis. Nam ista quattuor sic se habent ut alterum ex altero sequatur. Et ultimum est causa quare credens omnium aliorum: Sed quod impossibile est predicare eos qui non mittuntur. Ex hoc sequitur quod impossibile est eos audire quibus non predicatur: Et ex hoc quod impossibile est eos credere qui non audiunt. Et tandem impossibile quod invocent qui non credunt. Ac ultimo impossibile quod salventur qui non invocaverunt: Ideo tota radix et origo salutis est deo mittente. Quo non mittente falsi predicant quod predicant: Et ideo est hoc predicare quod non predicare immo melius esset non predicare: Et falso audiunt quod audiunt Ac melius esset non audire. Et falso credunt qui illis credunt. Et melius esset non credere Et falso invocant qui sic invocant. Meliusque erat non invocare. Quoniam tales predicantes non predicant: audientes non audiunt credentes non credunt. invocantes non invocant. Et salvati damnantur. Prover. 1. Tunc clamabunt ad me et non exaudiam eos. Et ps. 17. clamaverunt nec erat qui salvos faceret, ad dominum nec exaudivit eos. Ideo isti sunt simulachra eorum deo: habent aures et non audiunt. os et non loquuntur etc. Quare? Quia non ex deo. [Quos enim deus non emisit: sic [illegible]] Ideo. Ante omnia oportet advertere. Ut is qui docet: sit a deo missus [non tamen [illegible] et applaudentes [illegible] et [illegible]] sicut Iohannes. Quod cognoscitur. Si per miracula et testimonium de celo sit comprobatus missus. // Vel authoritate legitima externa confirmata ulterius missione [illegible] et sub humili subiectione eiusdem authoritate predicet. et stare iudicio illius patitur ac que mandata ei sunt loquitur. non que placita sunt sibi ac inventa Hoc est telum fortissimum: quo perimuntur heretici. Quia sine testimonio dei vel authoritate a deo confirmata. Sed proprio motu specie pietatis cucurri predicant. Ut Iere. 23. Ipsi currebant et ego non mittebam eos. Et tamen audent dicere. Nos salvabimur quia invocamus nomen domini. Nos invocamus quia credimus. Nos credimus quia audimus. Nos audimus quia predicatur nobis. Sed hoc dicere non possunt. Nos predicamus quia missi sumus. Hic hic mutent Et hoc est tota vis et salus. sine quo cetera falsa sunt. licet omnia sancta sint non cogitent. Ideo Apostolus Ro. 1. Ne euangelium per homines intrasse mundum putaretur. Magnifice illud commendat. primo quod sit promissum ante

Zach. 13. Et erit: cum prophetaverit quispiam ultra: dicent ei pater eius et mater eius qui genuerunt eum [illegible] Non vives [illegible]. quia mendacium locutus es in nomine domini. Et configent eum pater eius et mater eius. genitores eius. cum prophetaverit

dum Christi viveret: Non noverunt hominem. Deum nos per unum sed per oraculos &
epistolas dei. Non tamen in voce. sed et in scripturis eius sanctis. Tale ergo
et testimonium hereticis conferre: seu doctrinam et heresis. Monstret ubi
sit ante promissum & a quo. deinde per quos. tandem in quibus
scriptis. ut sic eius litteras velut testes exhibeant. Sed hoc illi
nihil solliciti: stulte dicunt. Nos veritatem habemus. Nos credimus. Nos
audivimus. Nos demonstramus quod hoc sancte sit: ex deo est. Quia ipsis non ex
deo videatur esse. Et non nisi sic deum sermonem suum confirmare &
recipi sequentibus signis. ac predicatis promissis & completis
Sic ergo Auctoritas ecclesie instituta: ut nunc adhuc Romana tenet
ecclesia. Scire scribunt. quia sine aliis vitiis. evangelium scribunt

Verbum enim quod scribunt heretici: transplacentiam eis placeat. Quia
sicut sic volunt. Volunt ut summa potestatis (ut sibi videtur.) Ac sic stat
apud eos: sensus eorum integer. & voluntas viva. Quia non con nec sensum
quam cogitant: et sicut quod cogitant. vivunt. Ut nec velut cestes vel eius videres
sunt verbi. Sed vere verbum dei si venit. venit contra sensum & voluntatem
nostram. Non sinit stare sensum nostrum. eius in iis quod sunt sanctissima sed
destruit ac eradicat ac dissipat omnia. Ut Iere. c. 1 & 23. Nomine ver-
ba mea sunt quasi ignis. & quasi malleus conterens petram. Ut signum
ex quo vere verbum dei: quod habeat ac portet in se. est illud infallibile.
Si nihil in se invenerit: in quo sibi placeat. Sed tamen displiceat. tristetur in
omnibus que dicit. facit. patitur. Et solum in aliis vel in deo statuit
quod placeat sibi. Econtra evidentissimum signum. quod verbum dei vere non sit
in aliquo est. Si invenerit in se in quo sibi placeat. Gaudet quod dicit
scit. facit. patitur. Verbo enim. Quia verbum dei conterat petram ac
destruit & crucifigit: quicquid nobis in nobis placet. & non relinquit in
nobis nisi quod displiceat. ut sic in solo deo. donat placentiam. gaudium
fiduciam &c. ex se: Vel in proximo hic tamen & congratulatione.

Quam speciosi pedes Euangelisantium pacem

Primo speciosi dicuntur: propter puritatem: dum non euangelisant propter quaestum aut vanam gloriam: ut nunc passim fit. Sed solum ex amore dei & propter salutem auditorum

Secundo Speciosi, id est lieb. propter iucunditatem: magis significat: desiderabile & optatum gratiosum, summo amore & affectu dignum, etc. Lieblich und genehem. Et sic sensus. Ex iis qui sub lege sunt. amabilis & desiderabilis sit praedicatio euangelii: Nam lex non nisi peccatum ostendit. & reos facit. ut sic conscientiam angustat: Euangelium autem angustiatae conscientiae optatum nunciat remedium: Ideo lex mala. Euangelium bona: lex iram. Euangelium pacem nunciat. Lex dicit. (Ut Gal. 3. allegat Apostolus) Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quae scripta sunt in libro legis ut faciat ea: At nullus permansit ut faceret. Ut ibidem. Quicunque enim ex operibus legis sunt sub maledicto sunt. Euangelium autem dicit. Ecce agnus dei Ecce qui tollit peccata mundi. Lex conscientiam arguit peccati. Sed Euangelium liberat eam & purificat per fidem christi. Unde & Rom. 10. Moses scribit iustitiam quae est ex lege, quod qui fecerit ea vivet in illis: q.d. Apostolus. Nullus autem fecit ea. quia nullus vivit in eis. Unde idem Gal. 3. Quod autem in lege nemo iustificatur apud deum. Manifestum est quia iustus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide. Sed qui fecerit ea vivet in eis. Et supra c. 2. dixit. Non enim auditores legis iustificabuntur. Sed factores legis iustificabuntur apud deum. Q.d. omnes apud deum ex fidem sunt tamen auditores quia qui fecerit ea vivet. Sed nullus facit. Alioquin quod opus est fide?

Exprimit autem spiritus isto verbo Euangelisantium. alia ea quae in glossa sunt dicta. etiam id. quod pax & bona aeterna sunt non sensibilia sed [illegible] Quia tamen occulta. Ut non nisi verbo inveniuntur. Nec nisi per fidem verbi apprehenduntur. Sunt enim non exhibita ad sensum bona & pax. Sed nunciata verbo. ac sic fide tantum percipienda, id est sine experientia donec vita futura veniat.

Bona autem refertur ad gratiam & donorum collationem. pax vero ad malorum remotionem. Ideo primo pacem. deinde bona ponit. Igitur sub cruce sunt ista bona: Quia pacis & bonorum istorum nullus est sensus. Nisi pacis & bonis mundi renuncians propter fidem. patiens sit in malis & turbationibus mundi & conscientiae

Quid aut per pedes? Quem primum affert apostolus sicut apostolos et vere per
evangelium: quos debent esse syncera ab omni luto et gesta

Si sicut Hebr. et veriorem. licet possent pedes ad literam significare. tum
quam desiderabilis est adventus praedicantium bona: iis qui torquentur peccatis et
conscientia mala. Verius tamen significant ipsa verba eorum sive sermones
dictiones. et syllabas/ sententiarum: quae voces sunt velut pedes et vehicula vel
rotae quibus vehitur: volvitur aut graditur verbum ad aures
Auditorum. Unde dicit In omnem terram exivit sonus eorum. Si exivit
ergo habet pedes. Et psalmista Velociter currit sermo eius. Quicquid currit
habet pedes. Sermo currit ergo sermo habet pedes. Qui sunt dictiones
et voces. Deinde ne hoc sit absurdum Esa. 32. Beati qui seminatis
super omnes aquas immittentes pedem bovis et asini. Et ps. 90. super
aspidem et basiliscum ambulabis: conculcabis leonem et draconem. Quod non
est factum nisi per verbum. Dum enim Auditor gustus sentit et suscipit verba
eius currunt pedes eius praedicantis super eum. Et conculcant eum: sic intendit
hic Mich. 4. porro Surge tritura filia Sion Quia cornu tuum ponam
nec aliud uideret in illius: neque aliud conscientiam suam spectat. Ne forte qui infirmus est fide, suum uidens sensum, seductum seu exemplo alterius sensu perturbatus & scandalizatus incipiat contra suum sensum agere. At sic aliud uidere & aliud facere, sibi ipsi displicere. Quia tamen propter infirmitatem non possit uidere. Quod si hoc uel hoc sit illicitum tamen non considerat ab illis qui in fide firmi sunt, facit quod illi faciunt. Et tamen uideret non faciendum. De quibus 1 Cor. 8. De escis que idolis immolantur scimus quia nihil est idolum in mundo. Sed non in omnibus est scientia. Quidam cum conscientia usque nunc idoli: quasi idolothytum manducant. & conscientia illorum cum sit infirma, sed non sit aliud uidere quam sit illicitum, polluitur. quia contra uideri suum manducant. Et hec pollutionis causa est. Superbia fortium, qui comedunt idolothyta in oculis eorum cum contemptu ipsorum. Cum potius deberent eos suscipere & informare: aut si informari non possent propter infirmitatem suam: deberent propter charitatem cum eis infirmi fieri & sic abstinere. Priuatam fidem habeant in conscientia: Nec quamuis sibi omnia liceant, tamen pro salute fratris debet suam licentiam non ostentare. Melius est enim ex ipsis fortis parcatur libertati sue: quam quod infirmus frater pereat. Nam sic in infirmum consulitur. Et sic hoc spernitur: Nihil aliud fit: quam quod eo contemptu cogitur facere quod illi faciunt: & tamen non uideret aliud faciendum quod illi in eodem itaque opere licito: alius peccat, alius bene agit, propter diuersitatem conscientie. Ideo dixit. Vnusquisque in sensu suo abundet, sit certus & quietus. fortis propter scrupulum infirmi non mutet fidem suam. Nec infirmus propter fortes agat contra iudicium suum. Sinat illos agere & sinat ipse sine conscientia stare.

~~Vnum hoc loco ipsi~~

Nihil commune per ipsum

hoc. per ipsum: uidetur posse uel ad deum referri. Vel ad rem. referri. Nihil sit commune est per deum christum. Vel Nihil est commune per se: scilicet ex natura sua & interna sententia. Sed tamen externa opinione & consensu. Et hoc magis concordat cum sequenti: Dicit enim: Nisi ei qui existimat, illi commune est. Ac si per ipsum uellemus: Nihil commune, cum eo hoc subnectitur. Nisi ei qui existimat. illi commune est nam per ipsum. Ergo debent melius uitare amphibologiam: que est in greco & dicere. per se. pro per ipsum. Ut Eras. facit.

getur in summa Redigitur istius Capituli Cuius due sunt partes.

Prima ne fortes contemnant infirmos

Secunda. ne eosdem scandalisent.

Utrumque enim est contra charitatem quae suscipere iubet infirmos. non quod quia fortes sunt sed quia infirmorum. Ut ipse Apostolus hoc fecit saepius. 2. Cor. 11. Quotidiana Sollicitudo mea omnium Ecclesiarum. Quis enim infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalisatur & ego non uror? Et 1 Cor. 9. factus sum infirmis infirmus. omnibus omnia factus sum. ut omnes lucrifacerem. Sed ut hic vereretur (non enim potest scandalisari nisi scandalisatus) patet ex isto loco. De vehementibus verbis agit contra eiusmodi contemptores & scandalisatores. Nam

Primam partem sic persequitur

Primo Deus inquit illum assumpsit. Quo verbo gravissimo eos ferit. Ut inquit non tantum. Sed deum contemnunt cum iudicant quem contemnit & cum iudicat. Ideo vehementi impulsu cogit eos ad mutuam humilitatem & susceptionem

Secundo. Tu quis es qui iudicas alienum servum. Quia & contra ius naturae & omnium leges est. alienum servum iudicare: ac sic iam non tantum contra deum sed & contra omne humanum iudicium ac sensum agunt eiusmodi. Iam Moises quod cotidie destruit.

Frustra de infirmo iudicat robustum cadere: et hic illum reiicit.

Respicit ipse haec ad te. Domino suo cadit: aut si stat. Domino suo stat: Non tibi. exemptus est a iudicio & contemptu. Vel si sic sit. ut iudicans & de non licet sperare illum

Alium de iudicat. Quis scit si stabit? Respondit. potens est deus illum statuere

Tertio. De omnia quae agimus sive vivimus: Domino agimus, vivimus sive: ergo non licet contemnere alter alterum. Nemo inquit nostrum sibi vivit

Quarto De Christi actio mortuus est & resurrexit: ut omnium dominetur vivorum et mortuorum

Quinto. Opponit tribunal Christi. Christum est usurpare iudicium & contemptum. De omnibus ibi iudicandi sumus. Velut tres fulminibus ipsos absterret a contemptu mutuo propter infirmitatem. Iudicant enim deum. hominem. Christi passionem: regnum: & extremum iudicium. Nihil non addidit.

Secundam partem satis acriori persuadet

Primo Si propter cibum tuum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Vide Epitasis & emphasis in singulis verbis. Propter cibum ait quod tu ex quam rem, scilicet aeternam fratris despicis. Magis enim esset si propter aurum aut honorem aut certe vitam & salutem corporis. aliquam durabilem rem magis quam cibum quo est instantanea utilitate & voluptate. Vehemens ergo increpatio haec, & vehementius contra charitatis argumentum quam propter cibum fratrem contemnit.

Secundo. generalis emphasis est. quod dicit. frater tuus: Non ait. hostis tuus. Non saltem servus aut alius quisque vestrum. Sed frater. cui plus quam omnibus debet. cum sit frater. id quod sit alter. Cur ergo ventri suo & gulae plus faveat nec eorum quam fratri suo vulnero?

Tertio. Contristatur, conturbatur, laeditur in conscientia sua, quod plus est, quam si proximus aut rebus privaretur, aut etiam vulneraretur. Et hoc propter cibum. Dicis Ergo non est ibi contristatus enim, sed si contristatur, ubi ipse tecum exemplo repellit. Si dixerint. Sua mea culpa est; nihil ei facio. Non ego eum contristo. Facio que mihi licent. An non mihi meo iure uti licet? Et facere que volo in his que mea sunt? Ita enim nunc loquuntur bestiae est. Iura sua ut stantur sine pertinacia. Quia non satis est ex iure tuo vivas & facias que velis in tuis. Nisi & fratri condescendas secundum deum. Immo non est tibi ius aut potestas faciendi. Nec illa tua tua sunt, in quibus frater offenditur. Sunt tua quoad temporalia: sed spiritualiter sunt fratris. qui in illis capit scandalum & conscientiam suo alieno iure, idest iniuria agis. qui sic agis. Et per tua frater contristatur. Sic enim possum nunc glose vel solum attendere: quod suum est & sibi suo iure licet. Non quod alteri debet et utrique expediat. Omnia mihi licent inquit sed non omnia expediunt. & edificant

Quarto. Iam non secundum charitatem ambulas. q.d. frustra ambulas. etiam si in magnis & mirabilibus ambulas. 1 Cor 13. charitatem autem non habeam. nihil sum. Mirus error ut propter cibum, quis possit, omnia bona opera sua frustrari. Et in spiritu neglecta pessima charitate. multos sese fatigant operibus. Ut impletur illud ~~[illegible]~~ Eccl 10 Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in urbem pergere

Secundo

Noli cibo tuo, illum perdere. q.d. magis est quam laedis: quam offendis quam charitatem non servas. Dicit. Crudelis homicida es. Quia perdis fratrem sine fructu es. quod est crudelissimum. Deinde quod petit omnes & crudelitatem & ingratitudinem super christi mortem commiseris in fratrem, pro quo ipse mortuus est. Vide quid faciat Qui contempto fratre, secundum charitatem ambulat. Sic 1 Cor 8. in christum peccatis ~~[illegible]~~ percutientes eorum conscientiam infirmam. Vide sibi infirmam fratris in conscientia tua. pro quo christus mortuus est.

Tertio

Non ergo blasphemetur bonum vestrum. q.d. etiam in vobis & in vos ipsos peccatis. Quia bonum vestrum i.e. id quod estis & habetis ex deo. tale fiet apud gentes. ut penitus fugiant ab eo. quam deserant illud. ac sic causa erit multarum perditionis. Quae aliquin salvarentur. Grande & grave est. Ut non malum vestrum sed bonum vestrum etiam blasphemetur propter cibum tuum. Bonum hic vocat, omne id quod sumus ex christo. q.d. ne gentes vituperent fidem & religionem nostram. ac totum christianismum nostrum. cuius odore allici debuerant & bonum eius conferri per vos. Sic 2 Cor 6. Ut non vituperetur ministerium nostrum. ~~Et 1 Timo~~ Ut & Sup. 12. c. sum dictum est super illo. providentes bona.

Quarto

Non est regnum dei esca et potus. Id est frustra contenditis, regnum dei. Sed pacem
propter escam turbatis. Et non consistit in discretione esce et potus. sive, quia regnum dei in illis
sit. Et tamen possunt quod sit. Plures exterioribus rebus turbatos sentiat quam interna
religio, pacem per pacem et bella turbantes. Sed iustitia: quo ad deum
quod fit per fidem sine credendo. Et pax quo ad proximum. quod fit per charitatem in
minoris sustinendo. fovendo. Et gaudium in spiritu sancto, quo ad seipsum: quod fit per
spem in deum future beatitudinis. non in ea: quod fiunt proximo vel ad deum. Tibi
esse inveniendus. proximo parcendus, deo ac iustus. pacem ac bonum. Velut
ita tenebat quam scandalum et offensio fieri. Sed etiam in eos quod ceteri debent.
Cum multipliciter pax accipitur. pacem ad deum Ro. 5. Igitur
1 iustificati ex fide pacem habemus ad deum. hec pax infunditur fide.
pacem ad seipsum. que habetur per gaudium in spiritu sancto per spem. et paternitatis. et Ro. 12.
2. Spe gaudentes in tribulatione patientes. Hec perturbatur. per impatientiam. vel
per tribulationes impatienter susceptas. velut per amorem pacis carnalis et mundialis
3. pacem ad proximum: que habetur per satisfactionem et edificationem charitatis mutue. Et
rumpitur: per contemptum alterius infirmitatis. ac proprie conscientie eorum.
Qui habent pacem ad deum ad seipsos per fidem et spem. Sed non ad proximos
Et hanc possunt id est non sinunt alios esse in pace. Igitur Ro. [illegible] sectemur
Sed que pacis sunt [illegible] nos esse: quiete et modeste vivere. Ubi sequitur
Qui servit in his Christo. placet deo. (propter iustitiam) et placet hominibus
(propter pacem.) Qui in spiritu sancto gaudium conscientie ponit. Ut pax deo. deum
non quod sua sunt sed quod alterius querere debet. Unde et vulgo dicitur de
inquietis et alios perturbantibus. Quod non habent pacem: quia non sinunt alios agere
in pace. Sed turbant. Quos et Apostolus appellat inquietos: 1 Thessal. 5.
pacem habete cum illis quod sunt vobis. Corripite inquietos. consolamini pusillanimes
suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Et Act. 15. Iacobus
in eadem hac causa dicit. Ego iudico non inquietari eos: qui convertuntur ex
gentibus [illegible] legis observationi. Et Gal. 5. Utinam abscindantur qui vos conturbant
[illegible] Et 2 Thessal. 3. Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate. Ubi
tales non sunt [illegible] Sed potius dissipant [illegible]

T. fol. tercio ad hunc numerato

De hac pace tamen dicit Matth. Qui pacis sunt sectemur... ea quod non
turbant alios. Sed quod edificent. et quietos faciant. Que ut [illegible]
charitas hec per tempore et loco docet. Non enim possunt [illegible] tradi.

Quinto

Noli propter escam destruere opus dei: opus dei vocat fratrem. Ut 1. Cor. 3.
Dei agricultura. dei edificatio estis. Et 1. Cor. 9. Nonne opus meum vos estis
in domino. Et Heb. 3. Que domus sumus nos. etc. Et alibi [illegible]

Templum dei sanctum est, quod estis vos. Siquis autem templum dei violaverit, disperdet illum deus. At quis violat nisi illi sapientes, destructio, de quibus ... Nemo vos seducat. Siquis sibi sapiens videtur in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens. Unde ... opus dei destruere ... Non tantum offendere deum, sed etiam pugnare cum deum, et destruere, quod ille edificat. Semper in bello (sicut Gygantes fabulosi cum diis) cum deo ...   146

Omne, quod non est ex fide peccatum est

Apostolus hoc generalissime loquitur de fide: consequenter autem attinens ad singularem illam fidem: quae est in christum: et quoniam non est iustitia ... peccatum.   vide 6 Aug. 4 ... Littera F.

Est autem fides in deum. Est fides in proximum. Est fides in seipsum.

A fide in deum: ... Quam deum ... credit et confidit. A fide in proximum fidelis et verax et fides dicitur: ... proximo ... deus. ... ex fide in proximum ... dei proximo. Et hoc fidei natura est: ut si aliter agat quam credit: aut si debebat de proximo: offendat in proximum ... Sic et in deum peccat. Quum aliud agat quam dictum sibi est et credit. Ita et in seipsum credit. Et ... conscientia dictamini: Contra quam si agat: id est aliud agat quam credit Et ita contra fidem. Sic omne quod non est ex fide, peccatum est. ... contra fidem et conscientiam: Cum id ... sentiat ... contra conscientiam agat.

Arguitur ergo

An ... peccet. qui non credit quia non agit ex fide: Ergo nec contra conscientiam. ... credit falso: Ergo ex fide ... falsa agens non peccat?

Respondetur Illa auctoritas Omne quod non ex fide est peccatum est. Sic intelligitur quod ... est omnis qui non vult peccare ... credat. Sola fides enim sine peccato est. Ergo Quod facit quod non credit: peccat. Ut qui mandant quod ... non adeo peccat. Quia contra ... peccat: quam quod fide caret. Quia aliud ... non ... Deficientias utique fidei quae adest. Et ... fidei quae deest: facit quod peccat: dum mandant: Ergo non debet mandare ... opus fidei facere: qui fidem non habet. Quia opus fidei ex fide debet procedere. ... Quia non credit licere: sed ... (hoc est fidei abstinentia.)

Et sic quod conscientiam agit. Coroll. Omnis qui caret fide: ... bona faciat peccat. ~~quia contra conscientiam agit~~. hoc enim est ... dicti

Ad dic

Sic intelligendum est. ... peccare: non tantum quia contra conscientiam agit, quam quia non ex fide operatur: Ergo ... peccat ... mandant ... non. Quia semper manet ibi defectus fidei: ... Quia sic semper est in peccato. idest in defectu fidei,

Sed tamen non debet amplius irritari: ut magis periret. Ista enim infirmitas fidei est venialis peccatum: licet sit quod deus ei non imputat in peccatum mortale. licet de natura sua sit mortale. Quia deus illum assumpsit: perficiendum & sanandum sicut benignissimus dominus noster ... Ideo non est irritandus ut operetur secundum hanc infirmitatem fidei. sed potius fovendus & alendus. Ut crescat in cognitione domini nostri Ihesu Christi. Ut dicit beatus petrus 2 pe ult. Crescite in gratia & cognitione domini nostri Ihesu Christi.

Sic in simili. Baptisatus aut penitens manet in infirmitate grossa quia tamen est contra legem Non concupisces. Et esset mortale. nisi deus misereretur non imputaret. propter meritum Christi. Est enim in peccato ... Et tamen non est irritandus ab aliis & scandalisandus. dando ei occasionem ut faciat secundum hanc infirmitatem suam. sed potius fovendus & perficiendus. Alioquin omne quod sic faceret quod non ex caritate faceret. utique peccaret. Et fieret mortale propter opus infirmitatis. licet ipsa infirmitas sit venialis ex gratia dei. Ita & ille infirmus fide. obediret infirmitati faciens opus quod non esset ex fide.

Igitur 2a fides hoc loco accipitur.

Primo pro opinione & conscientia. Sed multi exponunt hunc locum

Alio absolute more solito. Videlicet pro fide Christi. Et sic ego salva reverentia hunc locum intelligo. Nam sic est agere contra conscientiam in fide: ita & multis verbis alia. Nam infirme consciens agit contra conscientiam si formatur: quia debet non formari secundum caritatem. Et tamen quod infirmus est. scandalisatur & tamen agens contra dictamen. Ita qui infirmus est fide. credit & non credit. quia credit bene agit. quia non credit peccat. Quod non credere. si irritatur peccat in opere. ut ~~non~~ ~~aliud~~

Cap. 15

Debemus autem nos firmiores. etc.

Hec charitas omnia & omnia sustinet. Hec Moysen pro populo Israel & prophetas
Est autem hec sustinere, omnium pericula, facere sua. & eis compati. hec enim facit
Charitas. cuius hec sunt verba. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis
scandalizatur & ego non uror? Hec hortatur Gal. 6. Alter alterius
onera portate. & sic adimplebitis legem Christi. Et ibidem. fratres. Si praeoccupatus
fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in
spiritu lenitatis: considerans teipsum. ne forte & tu tenteris. Et 1. Cor. 10.
Qui stat videat ne cadat. Et Qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit
ipse se seducit. Et Phil. 2. hoc sentite in vobis. quod & in Christo Iesu. qui
cum in forma dei esset. Non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Sed exina-
nivit semetipsum formam servi accipiens. Hec Corporis naturalis. magno
esse sustinet vermem: & infirma membra non patiuntur a firmis - sed magis
que firma curantur. Et honesta tegunt inhonesta. ut 1 Cor. 12. Que vi-
dentur membra corporis infirmiora esse, multo necessariora sunt. Et que putamus
ignobiliora esse membra corporis. his abundantiorem honorem circumdamus Et que in-
honesta sunt nostra. abundantiorem honestatem habent. Vide utique singulos
ordines primum. Nullum deus ita relinquit: quin aliquos bonos & honestos
in illis ordinaverit. Qui sunt aliorum tectura & honestas: Hec. Malis mili-
tibus parcitur propter bonos. Sacerdotes boni protegunt malos. Monachi indigni
honorantur propter dignos. Hec autem insulsi homines: contra totum ordinem
insurgunt. ac velut ipsi sint mundi ut nullibi sordeant: cum tamen ante
& retro & intus: non nisi sordium & porcorum sint foetum & officina
hinc Nulla mulier. hinc nullus sacerdos. hinc nullus Monachus. Hinc
dicit Apostolus. Ut quid tibi ipsi ita places. insulsissime & existimas te aliquid esse cum nihil
sis. Rursum & illi Qui se vident honestos esse & alios
tegere. timent fugam aliorum: quibus dati sunt in honestatem. Omnium stultissimi
qui putant se a seipsis esse tales nescientes quod propter alios tales sint. Inde tedio
si sunt & volunt esse in medio aliorum Hec hereticis. Hec Multi scriptores alii
Qui non fuerunt nisi sibi placerent. At si mulier nollet esse in medio
rebus: nisi sint omnes mundi. hinc dicit Apostolus. Inter sustollam hinc. Et
Tu stas? Vide sed vide ne cadas. Nulla enim sic stat: quin cadere possit
Nulla sic iacet: quin surgere possit. Quare? potens est deus statuere eum
et potens est destruere eum. Multi ceciderunt: qui firmissime steterunt

Et fortius quam turres Babylonis. Multi enim sursum surrexerunt, qui ipsum destruere tenderunt. Ille, quia sibi placuerit, iste quia sibi displicuerit. Sic si Sacerdos nolit sacerdos esse, quia non potest cum malis agere. Dicit ei Dominus Johannes: Vos estis. Vos placere vobis. Velitis vel nolitis, & magis displiceatis quam vobis, quam illi qui vobis placent. Sic Religiosi qui ordines frangunt. Et inutilibus debent servire & solum esse. Quaerit aut & capiunt non nisi dignius. Perfecte facias. Fessi interest adesse. Inde currit de loco ad locum. Sed frustra. Quia sic statutum est.

Eyner muss dess anderen schand deckel seyn. Et quisque debet sic alterius ignominiam portare & innocenter perpetrare, ut est pulcherrimum verbum. Et erit facile. Si recogitet. Quod & Christo licet esset durum, quod nostram ignominiam portare, tamen libenter portavit. Nemo itaque sibi vivat.

Sed omnium pulcherrimi sanctorum: Quia ut dixi de aliis, quod & ipsi sordidissimi sunt, cum seculares, Monachos, Mulieres acriter vituperant, ubique impingunt quod unus facit. Cum respondetur: Nunquid in matri in sinu fecisti quod invenit olere? Aut num esse minus sordes? aut mollibus inter nostros putas? Quod si tam peccatores es. Merum & Apothecarium ex non ita olim emerint, pro Balsamario qui non nisi balsamum odoramentum suavis erit. Si non tua sic tibi fecisti a proprio facere consumptus fuisses.

Igitur sic deus dedit populo Israel Danielis & socios eius in captivitate babylonica. Sic Hester & Mardocheum in palatio coram Assuero.

Hoc itaque placere sibi

Est displicere sibi in omnibus. Neque enim sit & sibi placere potest aliis & ipsis etiam. Tales non volunt onera alterius sed commoda portare, imo portari tantum ab omnibus. Ipsi aut portare nequeunt. Quia nihil faciunt nisi quod carpunt: vituperant, detrahunt, accusant, despiciunt alios. Non comparantur sed indignantur nihil nimis sibi proprios. De quibus Isa. 65. Qui dicunt: recede a me, non appropinques mihi, quia immundus es. Isti fumus in furore meo erunt, ignis ardens tota die. Et talis fuit phariseus ille in Evangelio. Qui publicanum & alios homines soli contemnit, accusavit, damnavit, vanissima delectatione iustitiae suae. Talis fuit illi omnis salus. Unde 6 Aug. super ps. 70. De eodem phariseo: Inde enim se delectat quod bonus est, quod alter malus est. Denique quod addidit? Iniusti, raptores, adulteri, velut hic est publicanus. Hoc iam non est exultare, sed insultare. Igitur super malo eorum gaudere est insultare. Et non tantum gaudere quod iusti sunt, quam quod alii iniusti sunt. Non alio gaudere. Sed & alii quam iusti essent. Hoc enim eis displiceret valde.

Ut ait ipse apostolus in [illegible]

Unusquisque nostrum proximo

hec enim charitas (ut b. Greg.) in alterum tendit. Ut charitas esse possit nemo enim in seipsum charitatem habere dicitur. Et in glosa dicit quod charitas est Amor non in seipsum sed in alterum, Ita et ubi Apostolus adiungit complacentiam sui. statim docuit. ut placeret proximo. Ergo et placere proximo est non sibi placere. Sed hunc ordo Greg. et noster. videtur repugnare, famosa illa differentia et ordo diligendi. Quia secundum b. Aug. Et Magister allegat. deus primo. deinde anima nostra. post animam proximi. tandem corpus nostrum diligenda sunt. Ergo charitas ordinata incipit a seipsa. Ut est quod hec ipsum est, non illorum. quibus absurdi sunt a charitate. dum male intellexerint. inde enim quilibet bonum, suum nobis usurpamus. nihil de proximo solliciti. Sed utique amor in seipsum est odium in seipsum sicut dominus dicit. Qui amat animam suam. perdet eam. Et qui odit animam suam. invenit eam Et Apostolus. Phil. 2. Singuli non que sua sunt considerantes. sed que aliorum Et 1. Cor. 13 Charitas non querit que sua sunt. Igitur. Qui se odit et proximum diligit. hic se vere diligit: quod nemo ex se. seipsum diligit. ideo sine se diligit. deum se in proximo diligit.

Unde salvo meliori aliorum et huius vita potiorum: meo sensu ut stultus loquor Non videtur ista intelligentia soluta. Quia de precepto diligendi proximum est allata. Quia dicitur. quod in ipso precepto. diligens sit forma. qua proximum diligat. Nempe ait. sicut teipsum. Ergo concluderunt: oportet. Ut primo diligas te. et ita ad exemplar tui delectionis et proximum diligas. Et ad hoc adducunt Sapientis illud dictum. Miserere anime tue placens deo. Per Epithesin in proverbio: tue: collocantes. q. d. primum tue. quam proximi. Verum Ego hoc non reprobo. quamquam credo quod Epithesis sit in voce: anime: q. d. Noli perdere corpus. Ut salvus sit spiritus. Esto crudelis in hoc corpore. Ut sis misericors in anima. quod melior est iniquitas viri, quam mulier benefaciens. i. suavis est. Ut spiritus carni faciat malum et iniuriam. quam quod caro palpet et blandiatur spiritui seu bene faciat quod sibi bonum videtur. Melius est ut spiritus sit faciat quod carni malum videtur. quam quod sinat eam facere quod ei bonum videtur. Prudentia enim carnis. inimica est sibi ipsius. nullibi crudelior bestia terre Et melior est violentus Pilati quam damnosa quam inobedientia salubri quam lucrosa

Igitur credo. quod iste precepto. sicut teipsum. Non preparatur bonum diligere se. sed ostenditur vitiosus amor. quo diligit se de facto: q. d. Curvus es totus in te. et versus in tui amorem. Agere non recte finiberis. Nisi penitus

respectu te diligere, et oblitus tui solum proximum diligas. Perversitas enim est
quod volumus ab omnibus diligi: et in omnibus quaerere, quae nostra sunt. Vertendo
autem est. Ut si id omnibus facias, quod tibi fieri non pateris. Tanto studio
facias malum, quanto fecisti bonum. In quo utique non patitur fieri malum
sed solum studium. Sicut et Adam est forma futuri, id est Christi alterius Adam.
Sicut in Adam mali sumus, utique sic in Christo boni est dilectio. comparatio haec
non autem imitatio exprimitur. Ita et hic: Diliges proximum tuum sicut teipsum
non utique ut diligas, alioquin praeciperet. Nunc autem adeo non praecipit. Ut econtra
praeceptum semper aliud praecedit. Ergo male diliges teipsum, a quo malo non
eris liber, nisi similiter diligas proximum, id est cessato diligere teipsum. Quod si feceris
res restabit et lex ista. Quia tamen non erit necesse diligere alium sicut te, tamen ut
diligas te. Nec mirum diligere sicut alium, cum corpus eius te verius
non diliges te et omnes versum te.

Et Unusquisque ~~[illegible]~~ vestrum Apostolus loquitur. Non ait: Nos debemus nobis pla
cere. Sed aliis debent nobis placere: Quia si nobis placerent, tum non esset nostrum
infirmitates eorum id est displicentias sustinere. Sed potius econtra. Nos aliis placere
debemus. Sicut et 1 Cor 10: Estote sine offensione Iudaeis et gentibus et ecclesiae Dei.
Sicut et ego per omnia omnibus placeo. De quo pulchre et fortiter beatus Aug in
Omelia de verbis Domini. Quo fine id fieri debeat, sed ut dicit Apostolus: Non quaerens
quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant. Non enim contra
illud proverbium: Nemo placet omnibus. Unde loquitur: placet quod omnibus id est Christus in
ipso est. Ut merito omnibus placere debeat. Unde et hic dicit.

In bonum id est ad bonum, hoc est ut ille ad bonum moveatur, cui placetur.
Non autem simpliciter ad bonum, sed ad aedificationem id est ad bonum aedificationis. Cum
sint et bona quae non aedificant. Et id vocabulum quod
Apostolus familiare habet. Ut aedificationem opponat ~~scandalisationi~~ scanda
lisationi et contra. Ut et supra: Quae pacis sunt sectemur (scilicet ne offendantur)
et aedificationis (scilicet ne scandalisentur). Pax contra offensionem: Aedificatio contra
scandalum. Assumptio infirmorum contra infirmitatem. Vero illa vice sese
dixit: offenditur (id est fit inquietus contra pacem) aut scandalisatur (id est ruit contra
aedificationem et prior effectus) Aut infirmatur (contra id quod assumendi erant).

¶ Improperia improperantium tibi

Hoc non tamen de improperiis Iudaeorum intelligitur, alioquin non erat ad propositum.
Quam Apostolus vult Christum inducere ad exemplum. Quia omnium infirmitates sustinuerit
ut Isaias 53 dicit: Vere Languores nostros ipse tulit et dolores nostros portavit.
Sicut et idem sensit Phil 2: Hoc sentite in vobis quod et in Christo Iesu.

Nam sic deum glorificamus, qui bene facis: opera vera bona nostra in glori
ficent patrem vestrum, qui in celis est. In malis operibus deum inhonoramus
& impiorum & operibus eius irrogamus (i. certissime) impiorum damnus. Vt Ro. 2
Qui per transgressionem legis, deum inhonoras. Sic scriptum est. Nomen dei
per vos blasphematur in gentibus. Vnde & oremus. Sanctificetur nomen tuum
i. sanctum honoretur & imitetur. Nisi quis velit sic intelligi
& desperare i. peccatis pro peccatis nostris debitis reddere se cogi. Sed non credidit
ac peccatis non desperant deo. Sed Christo. Ideo nemo reddere se eum
i. pro nos penam luerit & satisfecit pro nobis. Quia si sibi placere voluisset
& seipsum dilexisset, utique non talia fecisset. Nunc autem dilexit nos: seipsum odivit
& exinanivit: pro nobis se totum tradidit. Quare ut non desperat
nobis proximus. Sed pariter cum illo habemus. efficit Charitas: qua non sunt nos
nobis placere. cum sit ipse patiens. sicut qui impatiens est & sibi placens
omnis sapere destitit. Ideo dixit hic de Christo quod & omnia: est scriptum. Sed
tu ad doctrinam nostram scripta. Ut per patientiam in scripturis & consolationem
scripturarum spem habeamus

Ut per patientiam & consolationem scripturarum

Ex praelecta compositione. ex spes habetur per patientiam & consolationem scripturarum. Nam
Spes que videtur non est spes. Et quod videt quis, quid sperat? Spes itaque eius admittit
res. Ergo patientia hic opus est. Locus autem iterum: ponit verbum solari
quo sustentamur. ne in patientia deficiamus. Ergo cum per verbis & scrip
tura dare, magnum est. Quod non facit, nisi qui omnibus rebus mortui
sunt solum effectu: licet affectu vivunt utuntur necessitate non voluntate
hic sunt christiani. qui illud credunt [illegible]. Nisi quis renunciaverit omnibus
que possidet. non potest meus esse discipulus. Qui utuntur hoc mundo
quasi non utantur. & bene operantur quasi non operentur. Deo enim hoc omne operantur
tum. & in his omnibus serviunt. Nihil in illis quae sua sunt quaerentes.

Propter quod suscipite invicem. Sicut Christus

In Honorem dei i. gloriam dei. i. ut deus in hoc glorificetur. Mira gratia dei, quod
tam glorificatur. Quando peccatores suscipiuntur & infirmi. Ut gloria eius &
beneficia in nos est. Ideo in gloriam eius i. beneficiorum ostensio sic: Si adducimur
qui beneficium accipiant. Ideo non sunt adducendi firmi: sancti. sapientes. Quia
in illos non potest glorificari deus. cum in illos non possit esse beneficus. Sed non gratias

Laetamini gentes cum plebe eius

Hanc Authoritatem Lyra putat esse Isa 35. Laetabitur deserta & invia
Alii Isa 44. Iubilate extrema terrae. Mihi autem vel videtur Isa. 66.
Laetamini cum Hierusalem: & exultate in ea omnes qui diligitis illam. Nam
cum haec vox de Hierusalem .i. plebe dei: ad alios fiat. non utique nisi ad gentes
que non sunt Hierusalem fit. quod Apostolus exprimens addit. Gentes. Et Hierusalem
exponit. plebem eius. Vel si solum sensum consyderemus accipit. videtur
ex diversis psalmis conflasse orationem. ut psalmo. 66. Laetentur & exultent
gentes quoniam iudicas populos in aequitate. Et psalmo 96. Dominus regnavit exultet
terra Laetentur insulae multae etc.

Erit radix Iesse.

Sicut in Glosa dictum est. Radix hic non ipse Iesse. Sed Christus intelligatur. Et
Isa 52. Aliquin debuit dicere. Virga Iesse aut flos Iesse sicut .11. Esaie
egredietur virga de radice Iesse etc. Et Apoc. 1. Ego radix David.
Igitur Christus secundum carnem habet radicem quod David & patriarchas ex
quibus ortus est. Sed secundum spiritum. ipse radix est: ex quo orta est universitas.
illis ipse flos: hic vero illi flos eius sunt.

Id insuper videndum. quomodo translationes concordent. B. Hiero. Qui stat in signum
populorum. LXX. Qui resurget. ut princeps sit gentium. Paulus. Qui exurget regere
gentes. Vera. Qui stat: utique consurrexit: Et qui signum est populis
utique dirigit populos: Nam in signum est. ut gentes illo ducantur. Atque in
hoc exprimit natura regni Christi: quod est regnare in fide: in signo: in non apparentibus. Non in re. Mundi autem principes dirigunt in re populos. scilicet
potentia corporali & rebus corporalibus. Deum. ipsum desperabunt. Et in ipso
speraverunt, facile confidunt! Qui enim desperatur. sperat!

Ad aliud. Et erit requies eius honor .i. gloria. quod Hiero. sic clarius
putat transferre. Et erit sepulchrum eius gloriosum. eo quod requies non incisa
latine locutio ... pro sua morte frequentata. Sed meus sensus. Vt ostenditur
dictum. Et ex hoc intelligunt nonnulli: quod sepulchrum Christi sit in gloriosum
quia lapide excisum. & pretiosis unguentis ipse celebratus sit. Cum hoc b. Hiero
nec LXX. nec spiritus voluerat. Sed b. Hiero: pro rem colendum: gloriam rei colendi
volunt exprimere. Est enim sensus. quod Mors & sepultura Christi: erat insta
& celebrabitur per totum mundum aeternum: quod in exaltare est Signum mortis. Cum
mors & sepulchrum aliorum. gloria & fama & decus: solet securis tollere
& sepelire. quorum memoria perit cum sonitu: Hic contrarium factum est. Ut non solum sit
... a morte & sepulchro: non obscuratus sed ipse ex morte sua fecerit gloriosam

Deus autem spei repleat vos.

Mira appellatio. quod dicit deus spei; sed hoc signo distinguit falsos deos a deo vero. Dii enim falsi demones. sicut dii rei. quia eos possident, qui rebus nitentes in sciunt sperare. Qui enim in deum verum nititur: ablatis omnibus rebus: unde spe vivit. Ideo deus spei: id est qui est deus sperantium. Non enim est deus diffidentium aut desperantium. sed hostis & iudex. Premit itaque. Est deus spei. quia largitor est spei. Magis autem quia spes sola: eum colit. Sic dicitur deus Abraam et Isaac & Iacob. deus Israel: ita deus spei. quia ubi spes est: ibi est cultus eius.

Repleat vos omni gaudio & pace. i. fiducia conscientie. & mutua concordia. Gaudium primo ponit. deinde pacem. quia gaudium hominem parat & componit in seipso quo compositus facile & ad alios pacem habet. Qui vero tristis & perturbatus est. facile & ad alios inquietus fit & turbulentus. Verum hec omnia: in credendo quia gaudium & pax nostra: non in re, sed extra res. in spe. alioquin deus spei non ea daret. Qui dat abscondita bona. Gaudium in tristitia & afflictione personali: pacem in tumultu & persecutione externa. Ubi si fides desit. cadit per tristitiam & persecutionem. quia deficit res: in qua presentem confiderat. Persecutione vero fit. ut abundet spes. ut supra 5. probatio vero spem operatur Et hoc per virtutem spiritus sancti. Non enim ex nostris viribus probatio spem operatur cum simus satis infirmi & impotentes in persecutionibus. Sed spiritus adiuvat infirmitates nostras. ut possimus non tantum sustinere. sed & pati & triumphare.

Pleni estis dilectione,

Ordinis vide aptam proprietatem. Pleni prius dilectione: deinde repleti omni scientia, quia scientia inflat sine charitate quae edificat. Neque possent alterutrum monere. nisi charitate primum pleni essent. Nam scientia si sola sit, apud se manet & turget. nec dignatur alium erudire, tantum cupit videri: & alios despicit. Charitas autem effundit se & edificat. Nec charitas sine scientia edificat. quia ~~rustica~~ sancta simplicitas. ex vita. quod merito & exemplo edificat. Sed docta charitas exemplo & verbo. Ubi scientia exemplo scandalisat. & verbo non docet Vehementer ergo contraria sunt. charitas cum scientia, & scientia sola, hec quod sunt quod sibi placet. aliosque fastidit. illa non timet scandalisare exemplo, nec tamen hoc reddit verbo. Charitas contra verbo docet. & exemplo ab opere desistit, quod verbo docere non poterat scandaloso.

Habeo igitur gloriam in Christo.

Hoc sed vult Apostolus quod. Non ipse sit, qui loquitur aut facit, quecunque loquitur & facit ad obedientiam gentium, sed Christus. Ut 1 Cor 12. An experimento

cum spiritu qui in me loquitur Christus? Ideo se dicit. Nihil audere loqui: Nisi
quod Christus in eo loquitur. Et breui verbo loqui: respondere facit. vim efficit
[illegible] Ut utrumque exprimeret. scilicet & verbum & opus. Nam id est ac si diceret
Non enim audeo loqui & efficere aliquid eorum: que per me non loquitur nec
efficit Christus. Scilicet ad vitandum multiloquium. Quod in prima parte dixisset. loqui
non fuit necesse addere. efficere, quod in altera parte posuit. Ubi nec necesse fuit
repetere. [illegible] loquitur. Cum qui loquatur in eo, multo magis & operatur
in eo. cum sit facilius loqui quam facere. Deinde quod efficere. utrumque in se
complectitur. & dicere & facere. & maiore emphasi dixit dicere voluit
que per me non efficit. Ut exprimeret non solum loquitur sed est Christus scilicet &
omnia quae faceret. Quod non ignoro, alius videri, Apostolum id dicere. propter excludendam
cauendam arrogantiam. quia scilicet non glorietur apud deum in Christo. Non tamen audeat
gloriari de iis. quibus [illegible]: scilicet que non efficit in eis deus // Sed
[illegible] que non faceret vel deus non fecit in eis // prior sensus mihi magis arridet. Ut sit una negativa pro affirmativa
quod indicat id quod sequitur. ad obedientiam gentium. Ad obedientiam enim gentium Christus
non nihil efficit. sed omnia efficit in Apostolo. de quo gloriatur. Et non de iis
que ipse fecit, Ut sit sensus. Glorior quod sum minister in gentes per [illegible]
euangelium. At ideo glorior. quia non ego hec facio. sed Christus per me: per quem
[illegible] fit. Ut hec gloriatio mea etiam apud deum valeat

Sic autem praedicavi Euangelium

Interpres Ut vitaret, ne [illegible] sonaret. ut Apostolus dixit. Nam apostolus in
greco dicit. Sic autem ambitiosus fui praedicare Euangelium. Nec est, ut ambitio
sua posset arripi [illegible] ut apud [illegible] de Iordane dicentes. qualis nos locus
[illegible] pariter ambitiosus. (Sic enim Ambitiosum dicitur quod cupit undique
complecti & vbique sese affectat extendere & dilatare. Ut flumina circumdans
ac diversa peruagans.) Sed philotimumenos .i. glorie studiosus honores expetens
hoc loco ponitur. Igitur pro verbo praedicavi: duo sunt in greco. scilicet
ambitiosus fui praedicare, Seu honores expetens [illegible]. Quid ergo dicemus
Ad hec? An Ambitiosus Apostolus. Ambitiosus hec [illegible] & patrocinium [illegible]?
Absit. Nam & supra dixit. Habeo gloriam in Christo. Et 1 Cor 9. Bonum
mihi est magis mori, quam ut gloriam meam quis euacuet. Sic hanc gloriam propter se
ipsum. quaesiuit. gloria sua nihil & vana est. Sed propter alios utique. Scilicet
primo ne auctoritas Apostolatus eius minueretur, quod est impedimentum vtilitatis
gentium, quibus Apostolus est destinatus ut in glosa
Secundo ex nimia charitate. Sic scilicet. quod cum cuperet plurimos saluare

Noluit ibi praedicare, ubi iam cognitus erat Christus, ne sibi fieret impe-
dimentum interim aliis praedicandi, qui ignoraverant. Et hoc videtur
quod addit textus. Quibus non est annunciatum de eo intelligent. q.d.
oportet enim praedicare Christum, ubi non est cognitus, Ne si ibi praedicaret ubi
iam est cognitus, tempus negligatur, quo aliis praedicari oportuit. Sed
et id quod non nihil indicat. Et non dixit. Non ubi alii Apostoli
praedicaverunt, hoc enim arrogantie et ambitiosi fuisset, quasi despiceret praedica-
re ubi alii praedicassent. Sed ubi nominatus est Christus. Ut indicet se ideo ab-
stinuisse, ubi non erat notus: Ut praedicaret, ubi erat notus
Verum in his verbis satis redditur ratio facti. Sed notandum hic pro philo-
mimeneis. ut potest quis illa facere: et si non dicat se esse honoris cupidi-
tatem ut dicit se expressit. hic fecisset studio honoris et glorie. Ideo non
est grandis hec. quo non studio glorie hic faceret. Sed quam illa gloria sit ideo
Tertio notandum quod Evangelium praedicare, fuit olim despectum et ignominiosum
sic et nunc est. expositum scilicet nulli honori et glorie. Sed universe contumelie
confusioni contentioni ut adeo ut Christus dicat. Qui me erubuerit coram
hominibus erubescam et ego eum coram angelis dei. Et Hieremias conqueritur
sibi verbum domini factum in opprobrium et derisum tota die. Et ps. 13. Consi-
lium inopis confudistis. quoniam dominus spes eius est. Sed et Christus passionem pro se
confitetur se contemptum. operuit confusio faciem meam: Ut dicitur in ps.
improperium et reverentiam meam. Quod autem Christo hoc accidit. quod Christus veritas
hoc est Christi in veritate ministros obtingit. Ut 1. Cor. 4. puto quod deus nos
Apostolos ostendit, tamquam morti destinatos. Quia spectaculum facti sumus mundo
et angelis et hominibus. Nos stulti propter Christum. Vos autem prudentes in
Christo. Nos infirmi. Vos fortes. Et ibi tamquam purgamenta huius mundi facti
sumus. omnium peripsema usque adhuc. Igitur Evangelium praedicare
cum sit non honoris. immo et prorsus aliena cupiditati. gloriam sibi ducit
quod est ignominia. tantum et alius potest. Nam praedicare ubi Christus notus
est. non est ignominiosum: ubi iam prima contumelia ablata est et victa. Ubi autem
non notus: ibi adhuc prima et maior est ignominia. In hunc sensum
et c. 1. loquitur. Grecis et barbaris. sapientibus et insipientibus debitor
sum. Non enim erubesco Evangelium. q.d. Ego duco illud aliorum honoris et
ambitiosum sum ad illud. quod alii horrent propter ignominiam. Sic act. 5.
ibant Apostoli gaudentes a conspectu consilii, quoniam digni habiti sunt
pro nomine Ihesu contumeliam pati. Quid enim gaudebo aliud quam ambientes

hunc contemnit velut gloriam. Ideo et Sanctus dicat. Habeo igitur gloriam in Christo apud deum q.d. licet habeam in eorum confusionem in hominibus coram mundo. Sic ps. 118. Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar. i. non erubescebam. Sed honorem putabam loqui de te. Alioquin qui erubescunt, scandalisantur, dum timent confundi. Et hoc opprobrium in eodem ps. sepius deprecatur. S. Aufer a me opprobrium et contemptum. Et vers. Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum. Et alibi. opprobrium abundantibus et despectio superbis

Quarto. quod in fine a tercio dicit imo recepimus declarat. Quod gloriam istam conscientie apud deum intelligit. i. ut non habeat testimonium male conscientie sed bone, sicut ait Gloria nostra hec est, testimonium conscientie nostre. Ideo ut liceat dicere bonam conscientiam ad deum. quod officium suum fidelissime perfecit, fastidiverit nusquam nisi ubi ignotus erat Christus, predicare, Sic et 1. Cor. 9. ut dictum est. Quod melius sibi esset, mori, quam gloriam suam evacuari. i. quam ut non liceat conscientiam illesam. Confusa enim est, que vel confundit vel honorificat coram deo. Non quod talis velut sit conscientia: que non in aliquibus confundat. (alioquin Christus frustra mortuus esset.) Sed quod nullius committendum est. Vel ipso sit minus, ledat aut studiat conscientiam. Et ipso sic manet integra et remanet. At tamen quod superest et latet: per fidem et spem in Christo, protegatur et excusetur, ignoscatur. Sic ergo ambitiosus fuit predicare que ambiunt conscientiam locupletare, que non magis locupletantur quam dum ex charitate aliis serviunt: etiam pro ignominia et iniuria. talis ignominia est ei gloria: propter gloriam conscientie. Et hanc credo Apostoli esse mentem. ut sic in aspectu ignominiam: absconditam gloriam gereret: Confusus in facie, sed honoratus in conscientia. Despectus apud homines. glorificatus apud deum. Veritas enim odium parit. Sed hoc odium gloriam parit. Ideo ambitiose quesivit odium. i. gratiam eius pro odium

Sed hic et aliosque reprehendit. ut Erasmi et sibi similium iudicium. Sic credemus. Quod Sancta quoque ambitione gaudeant nisi sic gentium Apostolus esset (Quamquam hoc non hic locum habeat. Quod non dicit. quod solum ibi abstinuit ubi ceteri Apostoli predicaverunt, sed ubicunque nominatus fuit Christus. Sed etiam apud gentes nunc novatus fuit ut et Rome.) Sed concedimus. Quod quamquam segregatus fuit in Evangelium Spiritu pia ambitione, studuerit satisfacere officio suo. ac si solus omnes gentes velit illuminare, In quo charitatem suam ardentissime commendat. Quod rara est Ambitio benefaciendi precipue Apostolorum. Evangelisare ut est summum beneficium prestare, et hoc opus per summas persecutiones et repugnantias totius mundi. Igitur. Ambitio velut

ad gloriam. (quod est omnium impietatum teterrima). Ut beneficiat summo 152
beneficio. Et ipsum gratis. ymo quid gratis? Et non nisi cum mala rei
pro pro eo. Nonne hec ex hoc est. ut prorsus alienum sit ymo diversum
genus ambitionis? A quo Christo gradu quesso distat, Cum gratis est be
nivolus? tu cogita. Evangelium est donum inenarrabile. nullis di
vitiis, honoribus, voluptatibus compensandum. Cum Bona illa que tribuit
etiam si inimicis tribuat. Et mala reddentibus: Quid facit ad Evangelistas huiusmodi?
Minor tamen hic est. Qui amicis tantum illa tribuit, que tamen carissima
est. Adhuc minor qui commodat, Minor, qui nihil confert. pessimus
qui et aufert. vel afficit. (quod totum genus hominum fere facit) vel afficit
quod plurimi Confer conditiones nostras Evangelium legentium Apostoli
qui afficiunt sive ... iste at conditiones quid est nunc nostrum hominibus
Evangelium vel fastidientibus vel impugnantibus? Gloriam querit quid
queque sit status noster. apud quos querat

Ex
Biblioth. Regia
Berolinensi.